SYNODUS
DIOECESANA
POSNANIENSIS.

SUB
ILLUSTRISSIMO & REVERENDISSIMO
DOMINO,
D. CHRISTOPHORO
ANTONIO
IN SŁUPOW
SZEMBEK,

DEI & Apostol: Sedis Gratiâ
EPISCOPO POSNANIENSI
NOMINATO VLADISLAVIENSI,
Abbate Commendatario Claræ Tumbæ.
Per Biduum
Varsaviæ in Insigni Ecclesia Colleg: S. Joan: Baptistæ
CELEBRATA.
Anno Domini M. DCC. XX. Diebus 27. & 28. Mensis Feb.

VARSAVIÆ, Typis S. R. M. Scholarum Piarum.

IN STEMMA.

ILLVSTRISSIMI,



Mella favumque super placuit lex Numinis illi,
Rex simul & Vates qui Solymæus erat.
Et Tua lex riguo fluet Optime Præsul Hymetto,
Condit sidereis quem Rosa terna favis.

ACTUS
Celebratæ Synodi.

IN nomine Sanctissimæ & individuæ Trinitatis. Anno Domini Millesimo septingentesimo vigesimo. Indictione decimâ tertiâ, Pontificatûs Sanctissimi Domini Nostri PAPÆ ejus nominis CLEMENTIS XI. Anno 1720. Die verò vigesimâ septimâ mensis Februarij, quæ erat feria tertia post Dominicam secundam Quadragesimæ, per edictum publicum indicta Synodus Diæcesana Posnaniensis per multos annos expectata, Vársaviæ in Insigni Ecclesia Collegiata S. Joannis Baptistæ ad laudem & gloriam DEI Omnipotentis, Beatæque MARIÆ semper Virginis, SS. Petri & Pauli Apostolorum, Cathedralis

Posnaniensis, ac S. Joannis Baptistæ Collegiatæ Varsaviensis Patronorum, honorem, Fidei Catholicæ & Religionis augmentum, Cleri Diæcesani profectum, gregis Dominici salutem, per duos dies celebrata est per Illustrissimum & Reverendissimum Dominum D. Christophorum Antonium in Słupow Szembek, DEI & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopum Posnaniensem, Nominatum Vladislaviensem, præsentibus Illustrissimis & Reverendissimis, DD. Petro de Czekarzowice Tarło Episcopo Claudiopolitano, Præposito Suffraganeo, & Nominato Posnaniensi, cum Capitulo Cathedrali Posnaniensi; Adamo Rostkowski, Episcopo Philadelphiensi, Suffraganeo Luceoriensi, Præposito Varsaviensi, Reverendissimo Domino Rozrażewski, Abbate Commendatario Lubinensi, Præposito Collegiatæ S. Michaelis in Arce Cracoviensi: Capitulo Varsaviensi cum suo Decano P. & R. D. Francisco Kobielski, Præposito Cathedrali Cracoviensi, Clero Posnaniensi, per Delegatos, Varsaviensi,

per se,

per ſe, Decanis, Præpoſitis, Parochis, Commendarijs, tum AA. RR. PP. Religioſis ratione Parochiarum ſuarum, & nomine Conventuum ſuorum, alijsque in copia hujus Diæceſis Presbyteris, & Clericis in eadem aſſiſtentibus, cæteris verò abſentiam ſuam legitimè excuſantibus. In qua Synodo hâc methodo & ordine acta ſunt.

Primâ die indictæ Synodi videlicet vigeſimâ Septimâ Februarij, (pro qua antecedenter per Eccleſias Varſavienſes publicatæ fuerunt Indulgentiæ á Sanctiſſimo Domino PAPA CLEMENTE XI. ſpecialiter pro hac Synodo, pro omnibus utriusque ſexûs Chriſti fidelibus confeſſis & communicantibus atque orantibus ſecundùm contenta Indulti, conceſſæ;) de reſidentia Illuſtriſſimi Epiſcopi præcedentibus Religioſis congregatis, procedebat per forum Civitatis Clerus ſuperpelliceatus præeunte Cruce ad Eccleſiam S. Joannis cum cantu gravi & moderato. Et quidem primo Clerus Foraneus Mazoviæ, dein Majoris Poloniæ per Archi-Diaconatus, & De-

canatus. 2*do*. Clerus Civitatis Varſavienſis ſecundùm parochias. 3*tiò*. qui erant Delegati de Clero Civitatis Poſnanienſis. 4*to*. Capitulum Varſavienſe. 5*to*. Reverendiſſimus Dominus Abbas Lubinenſis, Capitulumque Poſnanienſe. Dein Illuſtriſſiſſimi prædicti Præſules pontificaliter induti. Poſt omnes ipſe Illuſtriſſimus Loci Ordinarius ſub baldachino per Decanos foraneos portato, comitante populo Diæceſano, qui in Eccleſiam more ſolenni receptus,adorato cum pauſa Venerabili Sacramento proceſſit ad Sedem ſuam Epiſcopalem ſub baldachino, in qua ſumptis pontificalibus pro Miſſa paramentis Votivam ſolennem de Spiritu S. in cantu habuit, aſſidente Clero in Sedibus in minori choro ad id diſpoſitis, & ad majorem chorum extenſis, modoquè Synodali circulariter concluſis: in qua totus Clerus cum Capitulis Poſnanienſi, & Varſavienſi in ſtolis communicavit. Poſt Miſſam decantatæ ſunt preces Anteſynodales juxta Rubrum Pontificalis. Quibus finitis ſedensIlluſtriſſimus in eminen-

eminentiori loco, in alia ſede parata, facie ad Synodum, præmiſit plenum ſolicitudinisPaſtoralis Sermonem. Eo finito,cum reverentia acceſſit ad Illuſtriſſimum (præmonente in omnibus ordine agendis Cæremoniario Synodali A. R. D. Luca Kredik Vicario perpetuo Collegiatæ Varſavienſis S. Joannis Baptiſtæ) Secretarius Synodalis Illuſtris & Admodum Reverendus Dominus Nicolaus Zachniewicz, Canonicus Honorarius Varſavienſis, & Parochialis Beatiſſimæ MARIÆ Virginis Rector in nova Civitate,(aſſurgens è loco ſuo, pro ipſo & Notario Synodali à parte prope Promotorem Synodalem ſeorſivè parato.) ferens Decreta Concilij Tridentini ac alia ſimilia;expetijt voce clarâ aſſenſum pro legendis decretis. *De initio Synodi* ac alijs. Et Illuſtriſſimo annuente ac demandante, reverentiâque Eidem acSynodo factâ,recedens, in loco ſuo conſtitutus clara voce legit Decretum incæptæ Synodi, tum & alia. *De modo vivendi in Synodo: de præjudicio in ſeſſione vocatione &c. non afferendo: de non diſcedendo: de oratione publica &c.* Item

Sess. 6. Cap. 7. de Ref. Item *de Residentia ex Concilio Tridenti-no*. Post hæc Promotor Synodalis (qui erat pluviali indutus) Perillustris & A. R. Dominus Wierzbowski, Cantor Collegiatæ Varsaviensis, movens se è loco suo, cum reverentia fecit instantiam ad Illustrissimum *pro professione Fidei facienda*, ad cujus mandatum, decreto de eadem *ex Conci-*
Sessio 25. Cap. 2. de Ref. *lio Tridentino* per Secretarium lecto ipsemet Illustrissimus Dominus stans & cum eo totus Clerus genuflexus, Infulati verò stando voce clara fecerunt professionem fidei. Quâ peractâ accedebant Capitula & Clerus suo ordine vocatus à Notario Synodali A.R.D. Nicolao Kreczmer ad comprobandam juramento, eandem professionem fidei in manibus Illustrissimi Domini super Evangelia. His & similibus actis fecit instantiam Promotor Synodalis, *pro Solutione Sessionis*, ad quam annuente Illustrissimo, Secretarius Synodalis legit Decretum, *de Sessione in crastinum solvenda cum præfixione horæ*; postea Decretum *de discessu*. Interea in suis adhuc locis consi-

consistente Synodo, deposuit Illustrissimus pontificalia paramenta in sua sede Episcopali sedens, & post adorationem Venerabilis Sacramenti deductus â toto Clero per Ecclesiam ad portam majorem, in Rheda ad Residentiam suam ubi pro synodo congregatos paratis ad id pluribus mensis pro dignitate sua tractavit & refecit. Altera die 28. Februarij statutâ horâ paratus in Ecclesia Clerus expectabat adventum Illustrissimi Domini, quem in Rheda venientem ad portam Ecclesiæ recepit & introduxit (qua die adfuit in Ecclesia præsens Serenissimus REX AUGUSTUS II. In choro parvo ad majus Altare fenestra patente, adhuc ante adventum Illustrissimi Domini veniens, per Sacrum & majorem Synodi partem commorans) facta oratione ante SS. Sacramentum Illustrissimus & præmissa reverentia Serenissimo Regi (idem præstantibus Illustrissimis Episcopis, Prælatis, Canonicis, & Clero) ad majus altare accessit, & in faldistorio paramentis indutus celebravit Missam lectam de SS. Trinitate, hâc finitâ, factæ sunt, preces in Pontifica-

tificali deſcriptæ. Poſtea in eodem loco, ut heri conſedit Illuſtriſſimus Dominus ad quem fecit inſtantiam Promotor, *pro legendis decretis Synodalibus.* Mandante itaque Illuſtriſſimo legebat per extenſum Secretarius Synodalis, Conſtitutiones Synodi præſentis, poſt quamlibet ſubſiſtens & interrogans: *Placet ne vobis?* Reſpondente univerſo Clero: placet: His per Secretarium perfectis fecit iterum Promotor Synodalis inſtantiam, *pro electione Judicum & Examinatorum Synodalium,* Hos antequam Notarius Synodalis de nomine & cognomine publicaſſet in Synodo electos & deſignatos, legit Secretarius *Decreta SS. Concilij Trid: de his in Synodis eligendis,* & poſt publicationem eorundem qui erant in examinatores Synodales deſtinati, & præſentes fuerunt, fecerunt juramentum coram Illuſtriſſimo Domino ad Sacras Reliquias. Dein promulgati fuerunt Conſervatores Synodales, Cenſores Librorum. Item fecit Inſtantiam Promotor *contra abſentes,* Secretarius verò contra illos legit Decretum Synodale. Item poſt hos & ſimiles actus fecit in-

Seſſio 25. Cap. 10. & Seſſio 24. Cap. 18.

cit inſtantiam Promotor Synodalis *pro conclusione Synodi;* quâ per Secretarium publicatâ, terminata eſt Synodus oratione habitâ per P. & A. R. D. Joannem Humanſki, Canonicum Varſavienſem, ex Ambona Regia in fine minoris chori Eccleſiæ, dein exhortatione Illuſtriſſimi ad Clerum ex Pontificali, tandem precibus in eodem Pontificali deſcriptis, tum & acclamationibus (ut in Gavanto) in cantu gravi diſpoſitis mirum in modum excitantibus, ac demum Hymno *Te DEUM Laudamus*, ac Benedictione ſolenni per Illuſtriſſimum D, Clero & populo præſenti datâ, qui depoſitis paramentis reductus eſt à toto Clero eadem viâ per forum quâ pro Synodo prima die deductus erat, itidem ſuperpelliceato, ſed ſine ullo cantu ad Reſidentitiam ſuam, ubi iterum ut heri humaniter ſuſceptos & refectos dimiſit.

De Syn. Diœceſ. par. 4. Cap. 11.

SERMO
ILLUSTRISSIMI
AC
REVERENDISSIMI DOMINI,
EPISCOPI
POSNANIENSIS,
HABITUS
In Synodo Diæceſana Poſnanienſi.

OFficium Noſtrum quantum in Domino poſſumus implere cupientes, non ſolùm per Civi-
Cant: 3. v. 2. *pientes, non ſolùm per Civitates & Caſtella, vicos & plateas; ſed etiam per aſpera, & invia,*

invia, quæsivimus quem diligit Anima no-
stra, honorem videlicet & Gloriam DEI,
Domûsq; illius decorem, ac animarum sa-
lutem. Fratres Charissimi. Visitavimus Ca-
thedralem nostram, & magnam partem Diæ-
cesis, in ijs vel maximè locis, qui vel ma-
gis hæresi infecti sunt, vel qui ab alijs reli-
cti videbantur. Multa per alios supplevi-
mus: lustravimus reliqua per circuitum con-
finiorum, cum omni solicitudine, & prom-
ptitudine, ac pro exigentia temporis, &
circumstantiarum; reformavimus: curantes
ubiquè sanare, quod erat ægrotum, alliga- Eze.
re, quod erat fractum, reducere, quod erat 34. v. 4.
abjectum, quærere quod perierat. Nihil Lucæ
tamen nos fecisse arbitramur: servumq; inu- 17. v. 7.
tilem nos profitemur, nova reprehensione
dignum, si obedientiæ, quam legibus debemus,
promptitudine, in celebranda Synodo Diæce-
sana, nostras imperfectiones corrigere ne-
gligeremus. Hic locus est, ubi ea quæ di- Lucæ
cta sunt, & ordinata in cubiculis, prædi- 12.
cari debent, quasi super tectis: hoc tempus, v. 3.
quod quadraginta annis, ab ultima Synodo,

proximum fuit expectationi communi, ad reformandos mores, & excolendas virtutes; Legesque non tam condendas, quàm potiùs
2 Cor. 6. v. 2. renovandas aptissimum: Tempus acceptabile, tempus salutis à Sancta Matre Ecclesia decantatum.

Hyems jam transit, ver instat: purgandæ sunt antiquæ neglectarum virtutum putredines, & inveterati defectus, tanquam infructuosi arborum rami rescindendi: zizania scandalorum proijcienda in ignem; novæ verò plantationes bonorum operum parandæ; ut tandem aliquando Cælestis Paterfamilias veniens, inveniat fructus sibi gratos, nobis proficuos. Irrigandi flores boni exempli ne marcescant, sed crescant etiam durâ hyeme in odorem svavitatis: semina verbi DEI, eventilanda, & aggreganda, ut cum ceciderint in terram bonam: ita crescant, ut tandem tempore messis, ex collectis manipulis sit modus esurientibus parvulis frangere panem; dignis quoquè Operarijs, sua non desit merces: acuendæ falces, ad excindendas inutiles vanitatum herbas, cudendi vo-

di vomeres ad eradicandas malas consvetu-
dines : providenda arma vigilantiæ, nequis- Psal:
piam ferus aper devastet Vineam Christi : 29. v. 14.
emendi & gladij justitiæ : ut vitia tollan-
tur. Quantum in nobis erit, applicabi-
mus Nos, ne aliquid desit ex præmissis,
ut possimus dicere, quid potui facere vineæ Is. 5.
meæ & non feci. v. 4.

Impendemus omnem curam ad media,
seu leges condendas & exercendas cum affe-
ctu: Vos etiã præparate corda vestra ad easdem
exequendas, & observandas cum effectu. Si
quid placuerit dicere; proponite, propositum
insimul facite, ut emendetis vos in meliùs,
avertamini à vijs pessimis. Misistis ma- Ierē.
num ad aratrum excolendarum virtutum, 36. v. 3.
nolite respicere retro, ne forte non sitis a- Eze.
pti Regno Cælorum : sic temporalia possidea- 33. v. 11.
tis, ut non amittatis æterna, sperantes in Do- Lucæ.
mino, quòd dum omni Creaturæ dat escam 19. v. 62.
in tempore opportuno, & vos implebit omni
benedictione : dummodo sitis in omnibus re-
bus, & actionibus vestris non propriam utili-
tatem, sed Majorem DEI Gloriam quæ-

ren-

Joan. 10. rentes , in orationibus non oscitantes , in-
v. 13: servitio DEI non tepidi , in procurando il-
ad Ph. 4. lius honore non frigidi, in custodiendo gre-
v. 13. ge Domini non dormientes ; neq; dormi-
Ps. 19. v. 7. tantes , in arcendis lupis non tardi, vel
Iob. 7. fugientes mercenarij , sed uti veri Pastores,
v. 1. Apoc: mori parati : non diffidite, omnia potentes
12. in eo qui nos confortat : credite : cadent à
v. 9. Apolip. latere mille & decem millia à dextris ubi agi-
2. tur de Gloria DEI , & de salute anima-
v. 17. 1. Pet. rum ; Domesticos quoq; inimicos , vitia vi-
5. v. 8. delicet interna cavete. Scitis benè vitam ho-
1. Pet. 4. minis militiam esse : pugnandum cum anti-
v. 8. quo serpente , ut tandem vincentibus detur
1. Pet. 5. Manna absconditum : Sobrij estote , & vi-
v. 3. gilate : Diabolo tanquam Leoni resistite in
Lucæ 17. fide , mutuam charitatem servate , forma
v. 2. gregis facti in omnibus actionibus ; videte ,
Mar. 9. ne quem scandalisetis de pusillis , mode-
v. 42. stia vestra nota sit omnibus hominibus : stu-
ad Ph. 4. v. 5. dete ut lux vestra luceat coram hominibus ,
M. 5. v. 16. ut tandem pervenire possitis ad lucem inacces-
1. ad T. 6. v. 16. sibilem, & lucis æternæ beatitudine perfrui:

CONSTITUTIONES SYNODALES.

CAPUT I.

De fide & Professione Fidei.

MOtivum & finis præsentis Synodi non alius est, nisi Major Gloria DEI, & salus animarum quæ cum sine fide (*sine qua impossibile est placere DEO*,) nullo modo subsistere & obtineri valeat: ideo quid quid à Christo Domino, à SS. Apostolis, sive per scripturam sive per traditionem accepimus; quidquid SS. Patres commendaverunt, œcumenica Concilia definiverunt, summi Pontifices approbaverunt, & constituerunt, ac ab Ecclesia credendum declaraverunt: quidquid deinde Provinciales Synodi Re-

ad Heb. 11. v. 6.

gni hujus à S. Romana Ecclesia approbatæ, decreverunt, id totum observandum & reas-sumendum censuimus: uti reipsâ reasumimus & observari ab omnibus cupimus & præcipi-mus. Et è contra quæcunquè S. Mater Catho-lica & Apostolica Ecclesia dogmata perversa atquè Hæreses, & novissimè per *Bullam Vnige-nitus* prohibitos errores damnat, reijcit & ana-thematizat, nos pariter damnamus, reijcimus, & anathematizamus, hancquê unam Catho-licam & Apostolicam Ecclesiam, (extra quam nemo salvus esse potest) vitâ ipsâ cariorem æstimamus & profitemur,

Et ne in hoc fundamentali negotio fidei quemquam torpescere contingat, sed ut om-nes *vigilemus & stemus in fide*, constantes, ideo in Actibus Fidei, (quos quisquè rationis usu pollens sæpius in vita elicere tenetur) om-nes fideles exerceri cupimus: in eumquè fi-nem statuimus, ut non solùm omnes bene-ficiati, sed etiam singuli Presbyteri ad titu-lum, sive Vicariatûs sive proprij Patrimo-nij ordinati, antequam Divinis Officijs adhi-biti fuerint, item tam Sæculares quam Regu-lares, ad munus concionandi destinati, pro-fessionem fidei prius faciant, juxta formu-lam à Pio IV. Summo Pontifice præscriptam; quod etiam in Synodo Petricoviensi 1578. sub Illustrissimo Jacobo Uchański, statu-tum fuerat. Et quidem Sæculares coram No-bis

1. ad C. 16. v. 13.

bis vel Officio Noſtro, Regulares verò juxta Synodum Gębiccianam tit: *de Profeſſione fidei*, coram ſuis Superioribus. Eandem fidei Profeſſionem faciant omnes Profeſſores Scholarum, etiam parvulorum inſtructores, ut mandat Epiſtola Paſtoralis Maćiejoviana tit: *de Scholaribus, & Scholarum Magiſtris*, ſub pænis arbitrio Noſtro, vel Officij Noſtri Conſiſtorialis, reſervatis, adoleſcentes verò ſuæ curæ, & inſtructioni commiſſos vel maximè in hoc inſtituant, ut Rudimenta fidei benè ſciant, myſteria ejus calleant, Fidemque bonis operibus illuſtrare ſtudeant, ut ſint juxta Apoſtolum ad Rom: 12. v. 10. & 12. *Spiritu ferventes, charitatem fraternitatis habentes, invicem diligentes, ſpe gaudentes*, parati potius mori, quam vel minimùm ab articulis fidei, quos docet & tenet Sancta Mater Eccleſia recedere. Ut autem quisquè in præmiſſis, meliùs ſe exerceat, Officiumquè ſuum impleat; peregrinas doctrinas fugiat, erroresque ab Eccleſia damnatos ac Hæreticorum dolos devitare ſciat, veſtimentis Ovium tectos lupos diſcernere noſcat, ſedulæ lectioni SS. Patrum & Conſtitutionum Synodalium incumbendo, ſequentia obſervet. Mat. 7. V. 15.

C 2 CAPUT

CAPUT II.
De Hæreticis.

DE Hæreticis nihil novi ſtatuimus, ſed quæ pridem ſtatuta ſunt, obſervari volumus. Et quidem.

I. *Hæretici vitandi.*

1*mo*. Hæretici vitandi. Hoc enim præcipit Apoſtolus ad Tit: 3. v. 10. *Hæreticū hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita, ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejusmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus*. Item 2. ad Tim: 2. v. 17. & 18. *Quia ſermo eorum ut cancer ſerpit, qui à veritate exciderunt*. Item Joan. ep. 2. v. 10. *Si quis venit ad vos, & hanc Doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi ave, communicat operibus ejus malignis*. Item S. Ambroſius in Cōmentarijs ad Cap. 9, Luc. c. quæ dignior 24. quæſt. 1. *Vitanda Hæreticorum communio, fugienda Synagoga cenſetur, excutiendus pedum pulvis: ne fatiſcentibus perfidiæ ſterilis ſiccitatibus, tanquam humo aridâ arenoſâque mentis tuæ veſtigium polluatur*. Item narrat Auditor S. Joannis Apoſt. Sanctiſſimus & Fortiſſimus Martyr Polycarpus c. Omnis, 24. quæſt. 1. Smyrneorum Antiſtes, quòd tempore quodam S. Joannes cum apud Epheſum balnea, lavandi gratiâ fuiſſet ingreſſus, & vidiſſet ibi Cerinthum, exiliêrit continuò, & diſceſſerit non lotus, dicens:

1. Non ſalutandi à fidelibus.

dicens: *Fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corruant, in quibus Cerinthus lavat, inimicus veritatis.* Idem Polycarpus cum aliquando Marcioni occurrisset, dicenti sibi: Agnoscis nos? respondit. *Agnosco primogenitum Sathanæ.* Item. *non liceat* (juxta c. non liceat 1. q. 1.) *Clericis, vel Laicis ab Hæreticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis, quàm benedictiones, neque liceat, aut cum Hæreticis, aut cum Schismaticis, orare, præsertim in eorum templis.* 2. Consortium illorũ fugiendũ. 3. Cũ Hæreticis nõ licet orare.

Item Gregorius XIII. in suo Brevi Anno 1577. die 29. Decembr: dato ad Illustrissimum Jacobum Uchański, Archiepiscopum Gnesnensem allegat, Sanctos Patres docentes, *Hæreticorum hominum non modò convictum & consuetudinem, sed etiam sermonem vitandum esse,* nequè *decere illos nimis honorificis verbis appellare: tam exitiosam verò pestem, tamq; Catholicis omnibus infensam nutrire, atq; in honore habere, perversissimum, atq; ab omni ratione alienissimum est.* Nihil enim est, quod tam cupiamus, quàm DEI Gloriam, & Animarum Salutem. Utrique rei insidiari nunquam desistunt Hæretici Lib. 5. Const: Synod. Provinc: fol. 403. 4. Vitanda conversatio illorum. 5. Eos in honore habere perversissimũ est.

2do. Siquidem non audientes Ecclesiam, quales sunt Hæretici, ut Ethnici, & Publicani Matt. 16. v. 17. habendi sunt, imo nec ave illis, *Joan: ep: 2. v. 11.* dici debet; multò magis conjugia Catholicorum cum illis interdicun- II. *Cũ Hæreticis Matrimonia contrahi prohibẽtur.*

dicuntur, *c. non oportet* 28. *q.* 1. *&* *c. Cave* 28. *q.* 1. Nisi profiteantur Catholicos se esse futuros, aut spes conversionis affulgeat.

III. *Episcopis prohibet: Scribã, Consil: Secretarium aut Officialẽ habere Hæreticũ*

3*tio*. Non sunt tolerandi Hæretici in servitijs c. *non oportet* 28. q.1. & c. *Cave* Ibidem. *Illud etiam eadem authoritate prohibemus ne quis, Episcoporum Clericorumve utatur scribâ, Consiliario, Secretario, aut Officiali Hæretico.*

IV. *Pæna cõtra negligentes Episcopos in expurgãdis Hæreticis.*

4*to*. Negligentes Episcopi in expurgando fermento Hæreticorum, debent privari Episcopatu, & alij Prælati quavis dignitate Innoc: III c. *Excommunicamus* de Hæreticis §. ult. *Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per Diæceses suas, diligenter invigilent, si Canonicam velint effugere ultionem; si quis enim Episcopus super expurgando, de sua Diæcesi hæreticæ pravitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certis indicijs apparuerit, ab Episcopali Officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit Hæreticam confundere pravitatem.*

Ab Episc: non promovendi Hæret: ad dignitat: sub pæna privationis Officij & Beneficij.

Item Sixtus V. Bul: *Pastoralis* de Coronandis Regibus Poloniæ §. *Nullus* ait: *Nullus Episcoporum seu inferior Prælatus audeat hæreticum hominem ad honores, dignitates, Officia promovere, vel promoveri facere, aut intercessione, opibus, aut alia quâcunque ratione ad ea assequenda juvare: Quodsi id attentare præsumpserit; pænam privationis*

tionis omnium, & quorumcunque Beneficiorum Ecclesiasticorum, vel Officiorum, quæ obtinet, nec non suspensionis à Regimine & Administratione suæ Ecclesiæ ipso facto incurrat, & ad alia obtinenda incapax prorsus existat.

5*to*. Defensores, Patroni Hæreticorum excommunicantur, & sunt infames c. *excommunicamus* 13. de Hæreticis §. ult: *Credentes, præterea receptatores, defensores & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere, firmiter statuentes, ut postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit intra annum, extunc jure sit factus infamis, nec ad publica Officia, seu consilia, nec ad eligendos alios ad Officia, nec ad testimonium ferendum admittatur, sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatẽ, nec ad hæreditatis successionem admittatur. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, ipse verò alijs respondere cogatur. Quod si forte Judex extiterit, ejus sententia nullam habeat firmitatem, nec causæ aliquæ ad ipsum deferantur cognoscendæ. Si fuerit advocatus, ejus Patrocinium non admittatur, si tabellio, testamenta per ipsum confecta nullius sint momenti, sed authore damnato damnentur.* Item. juxta Constit: Vladislai Jagellonis Wieluni. Dominicâ *Judica me DEUS* tit: 4. Anno 1424. latam, Crimen læsæ Majestatis, & perpetuæ infamiæ nota, non tantùm in hæreticos, sed etiam in

V. *Defensores & Patroni Hæreticorũ infames sunt & excõmunicantur Et sunt incapaces omn... muniorũ facultateq; testandi nõ habẽt*

1. Lege Canonicâ.

2. Lege Regni Poloniæ in statuto Jagellonico.

fauto-

Etiã suspectus de Hæresi infamis est, bonis fortunæ & vita, tanquã læsus Reg: Majest: privandus.

Proles Hæreticorum tam masculina quam fæminina omnino successione carere debet. Nec gaudent jure Nobil. & sunt infames.

fautores eorum Sancita, quæ sic sonat. *Vt quicunquè in Regno Poloniæ Nostro & Terris Nobis subjectìs Hæreticus, aut Hæresi infectus, vel suspectus de eadem, Fautor eorum, vel Director repertus fuerit, per Nostros Capitaneos Consules Civitatum &c. ac quoslibet subditos Nostros, sive in Officijs, sive extra viventes, velut Regiæ Majestatis Offensor capiatur.* Et infra: *Nihilominus ipsorum mobilia & immobilia, in quibuscunque rebus consistentia publicentur, Thesauro nostro confiscanda * Prolesque eorum tam masculina, quàm fæminina omni careat successione perpetuò, & honore. * Nec unquam ad aliquas assumantur dignitates vel honores, sed cum Patribus & Progenitoribus suis semper maneant infames, nec de cætero gaudeant aliquo Privilegio Nobilitatis vel decore.*

3. Item in Constit: Korczyn. 1438.

Item Constitutione Korczynensi, Anni 1438. ipso die S. Marci Evangelistæ. Ubi idem Conventus Generalis, non tantùm in Hæreticos, sed etiam in hæresim promoventes, conspirare se obligavit, Imo in omnibus Constitutionibus, infra citandis eædem pænæ in fautores hæreticorum, quæ & in ipsos hæreticos sunt statutæ.

VI. *Iterũ Hæretici, eorũq; Faut: decernũtur infames eorũ*

6to. Omnes Hæretici sunt infames. c. Quicunque 2. de Hæretic: §. *Hæretici autem in* 6. sic habetur *Hæretici autem credentes, receptatores, defensores & fautores eorum, ipsorumq; filij, usque ad secundam generationem ad nullum Ecclesiasticum beneficium seu Officium publicum admit-*

tantur

tantur. Quod si secùs actum fuerit, decernimus irritum & inane. Alexander IV. Item Bulla Sixti V. Papæ de coronandis Regibus Poloniæ, supra relatâ punc: 4. Item ex Jure Civili L. c. *de Hæreticis* L. 4. Manichæos, à §. 2. *Ipsos volumus amoveri ab omni liberalitate & successione, quolibet titulo veniente. Præterea non donandi non emendi, non postremò contrahendi cuiquam conuicto relinquimus, facultatem. In mortem quoque inquisitio extendatur, nam si in criminibus Majestatis licet memoriam accusare defuncti, non immerito, & tale hic debet subire judicium. Ergo & suprema illius Scriptura irrita sit, sive testamento, sive codicillo sive Epistolâ, sive quolibet alio genere reliquerit voluntatem. Sed nec filios hæredes eis existere, aut adire permittimus, nisi à paterna pravitate discesserint.* Item Jure Civili Patrio sub Vladislao Jagellone Vieluni, Anno Domini 1424. Ut supra in puncto 5to. *Qui Hæreticis patrocinantur sunt infames.* Satutum Herburti tit: Infames.

queFilii ad 2dã Gener: & beneficia Ecclesiast. habere nõ possunt.

Idipsũ cũ aijs Pænis Lege Cõmuni Civili in Hæreticos extẽditur.

Qui patrocinãtur Hæreticis sunt infames.

VII.
Hæreticis nõ licet habere Fana.

7mo. Fana non licet habere Hæreticis. Conc. Carthag. 4. c. 71. (Ubi Conventicula hæreticorum non Ecclesia, sed conciliabula appellantur.) *Conventicula hæreticorum in suis domibus facere permittentes, sunt excom-*

1.
Iure Ecclesiast.

municati, *& fustibus cædi debent.* Item

2. Iure Cōmuni Civili.

Jure communi Civili C. l. de Hæreticis L. 3. *Cuncti Hæretici procul dubio noverint omnia sibi loca adimenda esse, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive Diaconica appellentur, vel etiam Decanica, sive in privatis ædibus, vel locis, hujusmodi Cætibus copiam præbere videantur, his ædibus vel locis privatis Ecclesiæ Catholicæ vindicandis.* Item Lege

3. Iure Patrio omnia Conventicula illis prohibentur.

CiviliPatriâ (præter Wielunensem,Korczynensem,) est lex lata Varsaviæ sub Sigismundo Augusto Anno 1557. Feriâ quartâ post festū SS. Triū Regū proximâ. Universis &c. *Deinde ne quispiā vestrûm ullos jam deinceps in Regno Nostro motus, atq; turbas excitare, cætus & cōventicula, conventiones in Vrbibus, Oppidis, Arcibus, Curijs, villis, & possessionibus nostris prætextu religionis quovis modo habere & celebrare: neque illis aut alijs quibuscunquè quorumcunquè hominum status & conditionis, cujusvis bonis, Ecclesias atquè Templa, in quibuscunquè nunc antiquus, hoc est Romanus Religionis manet ritus violare, aliquid inde tollere, seu in alium statum, atquè formam quid quam ibi immutare & innovare audeat.*

Et ne audeant in EcclesiasCatholico Rōanas involare.

Imò & Confæderatio 1632. quam Hæretici pro se allegant, & ipsi sibi conscripserunt, inhibet ipsis erectionem fanorum ut infra dicetur.

PerCōfæderationē 1632. inhibetur erectio Fanorū.

8vo.

VIII.
Hæretici sunt incapaces Officiorũ & dignitatum.

8*vo*. Hætetici sunt incapaces officiorum ac dignitatum Jure Divino: Matt: 18. v. 17. *Si autem Ecclesiam non audiverit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Et Joan: ep. 2. v. 10. *Nec ave ei dixeritis.* Et ad Titum 3. v. 10. *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem, devita, sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit.* Item incapaces sunt JureCanonico 24. q. 1. c. *Didicimus* Ibid: §. *Invenimus* Ibid: c. *Qui contra.* Expresse Liberius PapaDignitatibus spoliare jubet Hæreticos. *Qui contra Eccles: pacem sunt, si Dignitatem, aut cingulum militiæ habent, nudentur eis.* Item juxta Bullam SixtiV. *Pastoralis.* de Coronandis Regibus Poloniæ, supra relatam Puncto 4. Item *quia sunt vitandi.* Vide hic num: I. & *quia sunt infames.* Vide num. VI. Item incapaces sunt Jure Civili Regni Poloniæ, Statuto Vladislai Jagellonis suprá relata pũcto. 5. Item Constit: KorczynensiFeriâ sextâ ipso die S. Marci Evangelistæ Anno Domini 1438. *Nos Principes &c. aut etiam hæreticales errores facere, vel promovere, si quis vellet; contra talem, sive tales cujuscunque statûs, gradûs, conditionis, & præeminentiæ fuerint, sive Spirituales, sive sæculares, & in eorum destructionem consurgere volumus &*

1
Iure Divino.

2.
Sunt incapces Iure Canonico.

3.
Incapaces sũt Iure Regni. Poloniæ 1438.

pro-

promittimus &c. Nec ipsis auxilio, consilio, vel favore, patrocinari volumus, sub fide & honore nostris. Item jure Civili Magni Ducatûs Litvaniæ Anno 1413. in Hrodso tit. 2. *In Nomine Domini, &c. Qui ut se in fidei constantia commodiùs exerceant, jugum servitutis, quo hactenus fuerunt compediti & constricti de cervice illorum deponentes & solventes. &c Ipsis libertates, immunitates, gratias exemptiones & privilegia dari Catholicis solita tenore præsentium concedimus & largimur.* Et infra *prædictis libertatibus, Privilegijs & gratijs, tantùmmodo illi Barones & Nobiles Terræ Litvaniæ debent uti, & gaudere, quibus arma & clinodia Nobiliū Regni Poloniæ sunt concessa, & cultores Christianæ Religionis, Romanæ Ecclesiæ subjecti.* Ex quo patet, Lithvanos Nobiles, prolapsos in Hæresim excidisse de statu Nobilitatis & jura ac Privilegia libertatum amisisse.

4. Iure Magni Ducatûs Lithvan.

5. Privil. Nobilitatis nōnisi Catholico Romanis serviunt.

IX. *Pœna contra Hæreticos.*

9no. Contra Hæreticos, ut pote infames, pæna exilij à Patria est statuta. Anno 1534. Sigismundus I. ad Petrum Kmita Regni Mareschalcum. *Qui autem post publicatum hoc edictum nostrum ad istos ipsos Sectarum novarū Authores, &c. ut eorum dogmata imbibant, proficiscerentur, eos vel extorres esse jubemus, vel severiùs è Consiliariorum nostrorum sententia castigabimus.* Etiam & pæna Capitis sub Sigismundo Augusto

1. *Exilij* Per statutū Sigismundi 1. 1534.

gusto Parczoviæ. Anno 1564. die 7. Augusti. *Quæ cũ ita sint, de communi consensu omnium nostrorum Senatorum, qui hic Nobiscum in his Generalibus Comitijs Parczoviensibus præsentes adfuerunt, hoc adinvenimus, & plurimùm in modum mandamus ut omnes, qui ab universali Christiana Fide separati, novam qualemcunq; doctrinam circa fidem, quà privatim, quà publicè in suis cætibus, & quà verbo, scriptis tradunt, hi omnes ad summum post festum S. Michaelis, 3. die ex omnibus nostris dominijs excedant. Quos Nos jam vigore hujus Decreti nostri ex Terris nostris proscribimus, & proscriptos esse volumus, denunciantes id unicuique illorum, quod ubicunque quispiam illorum visus abhinc aut inventus fuerit, is ubique ab Officio Nostro Capitaneali, capi & judicari, atque alius malefactor puniri debet. Et insuper, si quid simile ei, à quocunque alio, & non nostro Officio contigerit, nullum alium præter semetipsum culpare debet.* Item Decreto Janussij Principis Masoviæ, Feriâ 4. ante Dominicam *Oculi.* Anno 1525. Actis Varsaviensibus inserto, ac à tota Republica Polona in unione Ducatûs Masoviæ cum Regno Poloniæ recepto, ac toties per Comitia approbato. *Quicunque de hac secta* (id est Lutherana) *legitimè convictus & probatus fuerit,*

2. *Etiam & Capitis* Per Constitutionẽm Comitiorũ Parczoviensium.

3. Per Decretum Ianussij Principis Masoviæ, ubi nominatim puniũtur Lutherani.

talis

talis vitâ privari debeat, & bona ejus omnia quæcunque habet mobilia & immobilia confiſcari, ad Theſaurum Ducalem recipi. Item Sigismundus I. in Ordinatione Civitatis Gedanenſis Anno 1520. talem tulit legem. *Cui autem juxta veterem Religionem & normam Vniverſalis Eccleſiæ ac Conſtitutiones noſtras vivere non placuerit, is intra duas hebdomadas poſt edictum publicum alio commigrare poterit: nunquam deinceps reverſurus, alioqui ultra hunc terminum adversùs Conſtitutiones Noſtras vivens, ſupplicium capitis non evadet.* Vide alias pænas infra Num: XII.

4. per Ordinationē pro Gedanenſibus à Sigismūdo I. facta 1520.

X. *Hæretici nullam pro ſe poſſunt habere præſcriptionem ad dignitates, & vocem activam in Regno Poloniæ.*

10*mo*. Hæretici non habent præſcriptionem juris ad Dignitates. Nam ad præſcriptionem juxta omnes Theologos & Jurisconſultos requiritur poſſeſſio pacifica, Titulus, bona fides, & continuatio pacifica per certum temporis ſpatiū: quorum nihil ab Hæreticis probari poteſt; ſiquidem & *Poſſeſſioni* & continuationi ſemper reclamabatur. Ut patet ex omnibus Comitijs Regni, & ipſi querulantur in ſuo ſupplici libello ad Comitia Grodnenſia ad Ordines perrecto. 1718. *Titulum* etiam nullū oſtendere poſunt, utpote in nulla Lege fundatum; nec *Bonâ fide* ſe tueri valent, ubi enim intercedit peccatum, fraus, dolus, & error, ibi bona fides locum non habet. c. *Quoniam*

am de Præſcriptionib9. Ubi dicitur generaliter *omni Conſtitutioni atque conſvetudini derogandum , quæ abſquè mortali peccato non poteſt obſervari.* Item L. Quod non ratione introductum, ſed errore. ff. De legibus , Senatûsque Conſultis & conſvetudine. Deinde Præſcriptio & conſvetudo tantùm valet in ijs , dequibus non eſt lex ſcripta L. *Diuturna* eodem tit: de Hæreticis autem ad dignitates non promovendis eſt lex ſcripta.

XI. *Hæretici nõ habent liberũ exercitium Sectarũ ſuarum.*

11*mo*. Non habent inRegno Noſtro liberum exercitium Religionis, ſeu Sectarum ſuarum Hæretici. Patet id ex ſupra citatis Conſtitutionibus. Et licet Hæretici jactent ſe Leges habere pro libero Exercitio, reverà tamen nullam habent. Nam 1*mo*. Privilegium à Sigiſmundo Auguſto Anno 1563. illis datum (ſeu ſatiùs ſubreptitiè ab illis obtentum) nullum eſt, ut pote à Repub: non modò non approbatum , verùm etjam per contrariam Conſtitutionem in ParczovienſibusComitijs An.1564. ſupra puncto 9no. citatam, ſublatum. Imò & ſi aliquid Sigismundus Auguſtus in favorem Hæreticorum præſtitiſſet, id omne nullum robur habere poterat. Siquidem priùs idem Sigiſmundus Auguſtus juraverat. Anno 1537. 6tâ. Februarij

1. *Privilegium ſubreptitie obtentũ à Sigiſmundo Auguſto abrogatur in Comitijs Parczovienſibus.*

Quia Rex priùs juravit, ut ſiquid Contrarium legibus antiquis, ſive àRege, ſive à quocunque alio ſtatueretur, caſsũ

Craco-

& irritū foret, ac post hoc juramentū renovavit.

Cracoviæ adhuc superstite Patre Sigismundo I. & iterùm Petricoviæ post obitum Patris Anno 1550. inauguratus in Regem Poloniæ. Ut si quid contrarium antiquis legibus statueret, nihil firmitatis aut ponderis sit habiturum.

His omninò verbis : *Quodsi aliquando eveniret ut per Nos, vel quempiam alium istis ipsis Juribus, Statutis, donationibus, Privilegijs, Literis, Immunitatibus & libertatibus aliquid ejusmodi fieret contrarium, vel si illis derogare, easdemque per Nosmetipsos abrogare, aliquâ re vellemus, exnunc omne illud vigore istius Conventûs nihili & cassûm intelligi debet, prout & Nos hoc ipsum annihilamus, & cassamus, & nihili esse invenimus præsentibus nostris literis temporibus perpetùis.*

2.
Confœderatio Varsaviensis sub Kamien. 1573. nòn fundat liberum Exercitiū sectarum.

Quia non est cōmissum Nūtijs terrestribus ad convocationem missis inire Confœderationem aut de fide tractare.

2do. Pro angulari lapide seu fundamentali lege exercitij Sectarū suarum ponunt Confœderationem Varsaviensem sub Kamień: Anni 1573. Sed hæc non fundat dictum exercitium.

Tum quia Nuntijs Terrestribus ad Convocationem post fata Sigismundi Augusti missis, commissum erat, ut nihil aliud præter 4. puncta tractarent. *1mo.* scilicet de tempore & loco Electionis. *2do.* de ordine servando in Electione. *3tio.* De Publica expeditione in periculo

culo Regni. 4to. De Solutione Militaris ſtipendij. De Confæderatione autẽ nulla mentio facta. Tum quia hæc Confæderatio poſt finitam Convocationẽ Die 22. Januarij delapſis majore ex parte tam Nuntijs, quàm Senatoribus ad propria à paucis Hæreticis poſt dies ſex à finita Convocatione, nempe 28. Januarij eſt inita, ac fraudulenter & ſubdolè Inſtrumento Convocationis inſerta.

Quia hæc Confæderatio inita eſt à paucis Hæreticis ſexdiebꝰ poſt finitam Cõvocationẽ, & poſt abitũ plurium Nuntiorum & Senatorum.

Quia ſubdolè inſerta inſtrumẽto Cõvocationis.

Tum quia huic Confæderationi murum ſe oppoſuit ſtatus Spiritualis; qui (præter proteſtationes contra illã factas) in Synodo Provinciali Petricovienſi Anno 1578. ſub Jacobo Uchańſki Primate Regni, Titulo, *de fidei unitate*, in eos omnes, qui eam Confæderationem tueri, defendere, aut illi conſentire vellent, excommunicationem latæ ſententiæ decrevit. Quod ipſum confirmavit Synodus Provincialis Gembiciana Anno 1621. Titulo *de profeſſione fidei.*

Quia Status Spiritualis ſe ipſi oppoſuit.

Quia in Synodo Provinciali ſub Vchanſcio, excõmunicatio lata in Defẽdẽtes illã Cõfœderationẽ, & cõſentientes illi.

Hanc excõmunicationẽ renovavit Synodus Gębiciana, & Wężykowiana.

Inſuper *Bulla Sixti V.* De coronandis Regibus Poloniæ: *Paſtoralis.* confirmat omnes Conſtitutiones Synodales contra hanc indebitã Confæderationẽ latas, ſupra citata N. IV. Præterea integri Palatinatꝰ: uti Maſoviæ, Podlach:

Sixtus V. approbavit excõmunicationem dictam.

Integri etiã Palatinatus prote

ſtati ſunt contra eandē confœderationem.

Ravenſis illam proſcripſerunt. Item Palatinatus Plocenſis, uti patet ex proteſtationibus in Actis Plocenſibus Anno D. 1573. & Sochaczovienſibus Anno eodem. De quibus infra.

Quia Confœderatio hæc à nullo Rege confirmata.

Henricus illam inter Articulos cōtroverſos ad Cōitiola Diſtrictuū relegavit. Quæ non ſunt ſub ſecuta.

Tum quia hæc Confedæratio ſub Interregno inita, à nullo Rege eſt confirmata. Non ab Henrico Valeſio, qui illam in Confirmatione Jurium inter Articulos Controverſos ad Comitiola Diſtrictuum relegavit his Verbis: *Quod attinet Controverſos Articulos, de quibus non ſolùm hîc, verùm in Gallia non modica fuit Controverſia, de his in Comitiolis Diſtrictuum à nobis ſufficientem accipietis reſolutionem.* Quæ Comitiola ob præproperū à Regno diſceſſum Henrici Valeſij non ſunt ſubſecuta.

Stephanus vocat hanc Cōfœderationem aliquorū, non univerſalem.

Nec eſt approbata à Stephano Bathoreo hæc Confœderatio in pūcto Religionis, qui illā vocat *aliquorū* tantùm Diſſidentium non verò univerſalem. Verba ſunt Conſtitutionis Bathoreanæ. *Aliqui id ſibi caverunt ſpeciali Confœderatione, ut in cauſa Religionis pacem habeant, quam nos illis conſervaturos pollicemur temporibus perpetuis.*

Articulus de Pace non fuit approbatus ab Henrico, nec à

Nec eſt, imò nec potuit approbari ab ullo ex ſucceſſoribus Regibus usque ad modernum Regnantē, quandoquidem

quidem omnes Reges priùs sacrosanctè jurârunt, & jurant, tueri fidem Sanctam Catholicam, inhærendo vestigijs Divorum Prædecessorum suorum. InCoronationibus etiam jurant defendere Jura Ecclesiæ Catholicæ, consequenter approbare nequiverunt talem Confæderationem, ut pote impiam & contrariam fidei Catholicæ & Juribus Illius, ipsiquè Reip: nocivam. Cujus contenta & ipse Henricus pro Controversis Articulis declaravit, nec unquam approbavit. Unde importunè ad Juramentum appositus articulus de pace, pro non apposito censeri debet, ut pote contrarius alijs punctis Juramenti. De quo videatur Decas Lipscij quæst: 8. Item Epistola Card: Hosij Episcopi Varmiensis ad Henricum Regē. Videantur Decreta Synodi Petricoviensis Provincialis, protestationes Palatinatuū in Castro Plocensi, Sochacz: &c: de quo inf.

Stephano, nec ab alijs Regib9, nec potuit approbari.

Pacem itaque non liberum exercitium pollicitus est Rex, idq; aliquibus Personis non omnibus Hæreticis, *nempè illis*, qui eum ad Regnum promoverunt, scilicet Zborovijs; & quia ijdem ipsi spe suâ frustrati, in Regem Stephanum seditionem fecerant, Regem à promissionis executione liberarunt, nec pacem illo regnante habuerunt. Deinde

Stephanus Rex pacē illis permittit non liberum exercitium Religionis

Imo nec pacem concedit ob cōjurationē cōtra illum ab Hæreticis factam.

DictaConfæde-

hæc

ratio etsi aliquid valeret, tantùm profluvium Sanguinis Hæreticorū, seu pænam Capitis, qua puniri debent per Constituti: Korczynensē & Cracoviensē, impediret, non verò liberum exercitium sectarum permitteret.

hæc Confæderatio & si aliquid valeret, tantùm utilis esset Hæreticis ad sistendum seu impediendum profluvium Sanguinis, quod Hæreticis vi Constitutionis Korczynensis 1438. & Cracoviensis dictæ Kaptur post fata Sigismundi Augusti 1572. impendebat. Quòd autem Confæderatio Hæreticorum Varsaviensis sub Kamień A. D. 1573. 6. Aprilis solam sibi relaxationem istarum pœnarum Criminalium, non verò liberum exercitium sectarum suarum obtinere conata fuerit, constat ex sequentibus verbis hujus Confæderationis. *Quoniā verò in Repub: nostra non mediocre dissidium in causa Religionis Christianæ reperitur, huic succurrendo, ne hac de causa inter populum seditio aliqua noxia irrepat, quàm in alijs Dominijs clarè prospicimus; spondemus omnes pro Nobis, successoribusque Nostris in perpetuum sub vinculo juramenti, fide, honore, & conscientijs nostris, ut qui sumus Dissidentes de Religione, pacem inter nos conservare & propter diversam fidem & Ritum in Ecclesijs, sanguinem non fundere, neque pænas imponere Confiscationis Bonorum, infamiæ, Carceris exilij &c.* Non itaque hæc Confæderatio mentionem facit liberi exercitij fidei. Nec permittit liberum exercitium hæreticis: sed tantùm profluvium sangvinis sistit, debitum in pænā hæreticis. 3tio.

3tio Firmare conantur prætensum liberum exercitium sectarũ suarũ Confœderatione Varsaviensi 1632. in qua à tumultuantibus Hæreticis, post fata Sigismundi Tertii(promovente vel maximé Mareschalco Nuntiorum Hæretico) sequentia verba sunt intrusa. *In Civitatibus Regijs, ubi in præsenti in fanis, à se ad id erectis publicum Religionis exercitium habent dissidentes, ibi illud in posterum tali, sicut nunc usu habere possunt, Et ubi fana nunc exdivisa ad id non habent, ibi illa ad evitãdos tumultus non erigent: nihilominùs devotione suâ privatâ in ædibus privatis, homines transeũtes securè uti poterunt.* Quibus verbis ritè perpensis, & trutinatis, clarè patet non habere Hæreticos liberum exercitium suarum sectarum. Dicitur enim *1mo In Civitatibus Regijs*, non Oppidis aut villis Regiis, vel Bonis Nobiliũ. Dicitur. 2do. *Vbi in præsenti*; id est, in illis Civitatibus Regiis, ubi tunc habebant à se erecta fana, non autem in futurũ erigenda. Dicitur 3tio. *In fanis*; non verò in Prætoriis Civitatum, vel Domibus privatis: & tamen nunc cernimus erecta fana in ijs Civitatibus Regijs, in quibus ante Annum 1632. non

3. *Confœderatio Varsaviensis Anni 1632. non concedit liberum exercitium, imo interdicit.*

Et tantùm dissimulativè permittit publicum exercitium Religionis in illis Civitatibus Regijs, in quibus protunc dissidentes à se erecta habebant fana, idq; usu non jure: alibi vetat erigere fana, & inhibet tam publicum, quã privatum exercitiũ Religionis dissidentium.

non erant, ſed in prætoriis tantum ſu as devotiones peragebant diſſidentes.

Dicitur 4to. *In fanis à ſe ad id erectis*; non verò in illis Eccleſijs, quas violenter Catholicis eripuerunt, & in ſua fana converterunt.

Dicitur 5to. *Vbi publicum Religionis exercitium habent diſſidentes*, Non ubi privatum. NOTA. Publicum non idem ſignificat, quod *liberum*. Nam & Judæi habent publicum in ſuis Synagogis, exercitium Religionis, non tamē habent liberum. Non licet enim illis, ut liberè poſſint ſuam Religionē alijs perſvadere, illam amplectentes admittere, quòd etiam & Hæreticis licitum non eſt Lege Regni *de Apoſtatis*.

Dicitur 6to. *Ibi illud & in poſterum tali, ſicut nunc uſu habere poſſunt. Vſu* non Jure: Unde nullum habent Jus ad fana, & ad exercitium Religionis; ſed tātùm illis uſus permiſſus, idq; tantùm in ſolis illis Civitatibus Regijs, ubi à ſe erecta habuerunt fana ante Annū 1632.

Dicitur. 7mo. *Habere poſſunt*. Non autem *debent*. Unde *poſſe* ſignificat permiſſionem diſſimulativam, idq; pro placito tempore, non verò conceſſionem perpetuam.

Dici-

Dicitur 8vo. *Et ubi fana nunc ex-divisa ad id non habent*, Id est, in Civitatibus Regijs, in quibus fana erecta non habuerunt; *ibi illa non erigent.*

Dicitur 9no *Ad evitandos tumultus.* Ex quo infertur nunquam Hæreticos liberum exercitium suarum sectarum habuisse, sed semper fuisse tumultus, Contradictiones, motus, si quid Hæretici facere præsumebant.

Dicitur *ultimò Nihilominùs devotione privatâ in ædibus privatis homines transeuntes securè uti poterunt.*

Ex quo infertur, præter Civitates Regias, ubi jam Anno 1632, erexerant sibi Hæretici fana; non licere, illis alibi, non tantùm publicas, sed nec privatas devotiones peragere, nisi transeuntibus, quibus tantùm dissimulativè hoc permissum est, idquè privatim sine cantu & concionibus, non verò manentibus, & fixam stationem habentibus inquilinis.

Transeuntibus tātū Hæreticis dissimulativè permissa devotio, nō incolis, idq; privata.

Item deducitur clarè, quòd cum *Nobiles* nec antea, nec post habuerint, nec modò habeant jus ullum ædificandi fana in suis bonis; proinde ea nec poterant, nec nunc possunt extruere, aut extrui permittere. Imo nec privata devotione ijs uti licet.

Nobiles non habuerunt, nec habere possunt facultatem erigendi, vel erigi permittendi fana in suis Civitatibus & villis. Nec habent facultatē publicas, vel privatas devotiones hæreticis permittēdi.

Ac

Exercitium sectarum, dissimulativè tantùm toleratur.

Ac demum concluditur: liberum exercitium Religionis non esse concessum, nec permissum quidem Hæreticis, sed merè tantũ dissimulativè toleratũ, idq; non in omni loco; sed in illis duntaxat Regijs Civitatibus (*idq; usu non jure*) in quibus ante Annũ 1632. à Lutheranis vel Calvinistis fana erecta fuêre.

Nec se Dissidentes tutari possunt alijs Confæderationibus sub Interregnis, videlicet 1648. & 1668. Nam in his Confœderationibus, non est illis concessum aliquod novum jus in futurum, aut indulgentia de præterito; sed tantùm simplex repetitio verborum Confæderationis 1632. inserta ab Hœreticis, obstantibus plurimis Catholicorum utriusq; Ordinis, Protestationibus.

Iuramenta Regum incipiendo ab Henrico Valesio non suffragantur Hæreticis.

Rex Henricus protestationẽ Legatorum Poloniæ contra hoc juramentũ suscepit.

4to. Juramenta Regia, quibus se Sereuissimi Poloniæ Reges, incipiendo ab Henrico Valesio, usq; ad Modernum Feliciter Regnantem videbantur Hœreticis quasi obligare, & specialiter pro pace inter Dissidentes servanda; sunt nullitatis. Quia contra hoc jurametum Henricus Valesius Parisijs Anno 1573. die 29. Aug: Protestationem ab Adamo Konarski de Kobylno Episcopo Posnaniensi primario Oratore ad Hẽricum à Republica misso, ac ejus Collegis Alberto à Łasko, Palatino Siradiensi, & Nicolao Christophoro Radziwił, Mareschalco

Curiæ

Curiæ M. D. Lith: factam suscepit, & jurejurando se obligavit ad non derogandum quidquam legibus antiquis in hæc verba. *Quam quidem protestationem Nos Henricus DEI Gratiâ Rex Poloniæ Electus suscepimus & admisimus, profitemurq; ad perpetuam rei memoriam, Nos per hujusmodi Juramentum à Nobis præstitum, etiamsi quocunq; colore vel ingenio interpretatum fuerit, nihil cuipiam, præsertim verò statui & Ordini Ecclesiastico, eiusq; Juribus & Jurisdictionibus, tam Spritualibus, quàm sæcularibus (quæ omnia firma, & immobilia perpetuò esse volumus) derogare velle, vel unquam derogaturos, verbo Regio pollicemur, & jurejurando Nos obligamus. In cujus rei fidem & testimonium, præsentes literas decernimus &c.* Actum & Datum Parisijs die 10. Mensis Septembris. 1573.

StatuiSpirituali & jurisdictioni per juramentū suū nil se derogare voluisse, solenniter declarat.

In hoc juramento benè ponderanda hæc verba. *Nihil cuipiam, præsertim verò statui & Ordini Ecclesiastico ejusq; Juribus & Jurisdictionibus derogare velle.*

Cùm autem Hæresis & permissio illius, Juri communi & Ecclesiastico ac statutis Regni deroget, ergo ipsam & liberum exercitium non esse permissum ab Henrico, concludendum est.

Hæresis deroga gat juri Cōmuni & Ecclesiastico, Constituti onibus Regni, ac statui Reipu blicæ.

Idem Henricus Rex importunè sibi Cracoviæ ante Coronatione obtrusos ab Hæreticis Articulos, tanquam controversos, ad decisionem Reipublicæ remisit, quæ cum nihil decidit, nihil etiã concessum est ab Henrico Hæreticis.

Præterea, dum iterum Cracoviæ ante Coronationem molesti essent Hæretici Henrico Valesio, urgendo manutentionem dicti Articuli Juramento inserti, reiecit illum ad Comitiola Palatinatuum & Districtuum his verbis: *Quod attinet controversos Articulos, de quibus non solùm hic, verùm & in Gallia non modica fuit controversia, de his in Comitiolis districtuũ à Nobis sufficientem accipietis resolutionem.* Ex quo patet Articulos ab Hæreticis propositos tanquam controversos ad decisionem & resolutionem Reipublicæ esse remissos, quæ resolutio, quia non est subsecuta ob abscessum Hẽrici è Polonia in Galliam, proinde nihil hîc concessum est Hæreticis.

Simili etiam Juramento idem Henricus in Coronatione sua præstito, dare expressit, à se nihil indulgendum fore Hæreticis &c.

Idem Confirmavit Henricus in sua Coronatione juramento, quod absolute non favet Hæreticis.

Ego Henricus. *Spondeo, & sanctè juro, quod Jura, libertates, & immunitates, Privilegia publica & privata, Juri Communi utriusque Gentis & libertatibus non contraria. Ecclesiasticas & Sæculares, Ecclesijs, Principibus, Baronibus, Nobilibus, Civibus, Incolis, & quibuslibet Personis, cujuscunq; statûs & Conditionis existen-*

existentibus, *per Divos prædecessores meos Reges*, *quoscunq; Principes*, *Dominos Regni Poloniæ & M. D. Littv: juste & legitimè, datas*, *concessas*, *emanatas*, *& donatas ab omnibus Ordinibus tempore Interregni statutas.* (Jam verò præfata Confœderatio Hæreticorum, ad generalem Confœderationem intrusa, non est ab omnibus Ordinibus statuta, ut dictum supra & dicetur) *atq; sancitas*, *mihi oblatas*, *manutenebo*, *custodiam*, *observabo in omnibus Conditionibus*, *Articulis*, *Punctis in eisdem expressis.*

In quo Juramento notanda hæc verba: *Jura libertates*, *juri Communi utriusquè gentis non contraria manutenebo*, *custodiam*, *& observabo.*

Quod autem magis Juri Communi gentis Polonæ est contrarium, quàm Hæreses & Confœderationes illius? Nihil itaquè pro Hæreticis juravit, nec quidquam patrocinij in hoc Juramento hæresis pro asserendo libero exercitio sectarum suarum prætendere potest.

Hæresum Causæ sunt fori Spiritualis: hoc clarum est ex omni Jure. Et quidem 1mo. Ex S. Scriptura. Ad Hæbræos 13. v. 17. Paulus præcipit: *Obedite Præpositis vestris & subjacete eis. Ipsi* XII. *Haretici sub-sunt foro Spirituali* 1. Iuxta S. Scripturam.

enim

enim pervigilant &c. Idem 2. ad Timot: 4. v. 2. Timotheum Episcopum monet, ut instet, arguat, obsecret, increpet sanam Doctrinam non sustinentes, & coacervantes sibi ad desideria sua magistros prurientes auribus. Itẽ 2. ad Cor. 10. v. 4. Ostendit se habere potestatem destruendi omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam DEI, & in captivitatem redigendi omnem intellectum in obsequium Christi. dicens: v. 6. *In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam.* Apoc: 2. v. 12. & 14. Episcopus Pergami arguitur, quod dissimularet hæreses. *Et Angelo Pergami scribe &c. Habeo adversus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam. Habes & tu tenentes Doctrinam Nicolaitarum.* Act: 19. Ipse Spiritus nequam agnoscens, & quasi defendens potestatem Apostolicam irruit in arrogantes sibi eandem potestatem. dicens. *JESVM novi & Paulũ scio: vos autẽ qui estis?* Itẽ v. 19. multi reverentes eandem potestatem Apostolicam comportabant & comburebant publice falsæ Doctrinæ libros. 3. Reg: 18. v. 40. Elias prophæta absolutâ potestate pseudoprophetas 450. interfici jussit.

2do.

2do. Ex Jure Canonico. c. *Ad abolendam.* §. *Vniversis,* & §. *Præsenti.* Item. c. *Excommunicamus.* §. *moneantur.* de hæret: Episcopus potest Sæculares Potestates obligare Censuris, ut jurent extirpare hæreses de Terris suæ Jurisdictionis, ab Ecclesia damnatas. Et §. *Adijcimus.* Officium Inquisitionis hæreticæ pravitatis pertinet ad Episcopos, qui hæreticos ad ejurandam hæresim debent compellere, etiam & occulta conventicula celebrantes punire &c. Et §. *Volumus.* Episcopi negligentes in expurganda hæresi de Episcopatu deponi debent. Vide de hoc supra Num: IV. Item Clem. de Hæret. c. *Multorum* §. *Propter,* datur potestas Episcopis, captivandi, incarcerandi &c. hæreticos. *Propter quod ad DEI Gloriam & augumentum ejusdem Fidei, ut negotium Inquisitionis hujusmodi, eò prosperetur feliciùs, quò deinceps ejusdem labis indago solennius, diligentius & cautius, peragetur: ipsam tam per Diæcesenos Episcopos, quàm per Inquisitores à sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore, aut cujuslibet commodi temporalis affectione semotis) decernimus exerceri. Sic, quod quilibet de prædictis sine alio citare possit & arrestare, siue capere, ac tutæ Custodiæ mancipare,*

2. Iuxta Ius Canonicum.

Episcopi habẽt potestatem, captivandi, incarcerãdi &c. Hæreticos.

ponen-

ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis, si ei visum fuerit faciendum: super quo ipsius Conscientiam oneramus. Nec non inquirere contrà illos, de quibus pro hujusmodi negotio, secundùm DEUM & Justitiam viderit expedire. Item c. *per hoc* de hæret: in *6to.* Et c. *ut inquisitionis* Ibid.

3. Iuxta Constitutiones Provinciales Gnesnenses.

3tio. Ex Constitutionibus Provincialibus Gnesnensibus. Lanciciæ 1527. lib. 1. taliter est statutum. *Decrevit eadem Synodus* &c. *ut DD. Archi-Episcopi & Episcopi, servent inquisitores, & visitatores hæreticæ pravitatis, qui per singulas Diœceses visitent & inquirant diligenter de suspectis & notorijs in secta Lutherana, quos DD. Ordinarijs deferant puniendos. &c.* Et Petricoviæ sub Petro Gamrato 1542. lib: 2. Tit. *Causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes.*

4. Iuxta Ius Regni

4to. Ex Jure Regni. Statutum Sigismundi Regis Augusti Cracoviæ Anno Domini 1543. ad forum Spirituale pertinere decrevit hæresim. *Vt itaq; sit definitum, quæ Causæ ad Judicium Spirtuale & Sæculare pertinent, per hanc illarum descriptionem significamus, describimus & constituimus cum consensu Dominorum Prælatorum Spiritualium, nec non Dominorum Status sæcularis & Nuntiorum Terrestrium. Imprimis*

primis ad Spiritualium Judicium pertinet judicare differentias Fidei Sanctæ Christianæ, hæreses, Schismata, blasphemias contra DEVM & Apostasias. Item pro Decimis, Septem Sacramentis Ecclesiæ, Beneficijs, Sacrilegijs, Simonia, Fœnoribus &c. Herburtus titulo *Quas Causas Judices spiritualium cognoscent.*

XIII. Hæreticorum ministri non debent vocari Sacerdotes. 1mo. Quia non habent Sacrificium, imò illud negant dicentes, quòd Christus per suum in Cruce Sacrificium, sustulit omne Sacrificium tam veteris legis, quam in futurum novæ: & quod maximùm, blasphemant illud cum Luthero, (in Articulis Smalchaldicis in lib: Concordiæ) vocantes illud jam *Caudam Draconis*, jam *abominationem*, jam *Idololatriam*. In scriptura autem legimus ad Hæbr. 5. *Omnis Pontifex* (qui & Sacerdos) *ex homininibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad DEVM, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, &c. Et propterea debet, quemadmodùm pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis.* Unde patet Secerdotes à sacrificio nominari.

XIII. *Hæreticorũ Ministri non sunt vocandi Sacerdotes.* 1. Non enim habẽt sacrificiũ, imò negant & blasphemãt illud.

2do. Quia non sunt constituti à DEO tanquam Aáron super Cultum Sacerdotij, qui specialiter fuit Num: 3. v. 10.

2. Non enim à DEO Authore Sacerdotij sunt

ad illud

constituti Sacerdotes 2dũ. veterem legem.

ad illud, à Deo electus & destinatus, cum filijs suis. *Aaron autem & filios ejus constitues seper cultum Sacerdotij* : Unde patet. Solum DEUM esse Authorem Sacerdotij, annuente idem Aplo ad Hæbr: cap. 5. *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à DEO tanquàm Aaron*. Contra intrusores verò & præsumptores Sacerdotij lex est ab ipso DEO, ibidem Num: 3. lata. *Externus autem qui ad ministrandum accesserit, moriatur.*

3. Nec sunt cõsti tuti Sacerdotes à Christo secundũ legem Evangelij.

3tio. Quia non habent & non ducunt initium Sacerdotij à Christo Domino qui & ipse, secundum Aplum ad Hæbr. 5. *Non semetipsum claricavit ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu &c.* Et secundum Prophetam Psal: 109. *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Nemo itaq; à seipso, vel à potestate laicali potest sumere Sacerdotium; sed per successionem à Christo per Apostolos & Episcopos, cum Scriptura supra relata dicat, *nec quisquâm sumit sibi honorem &c.*

4. Non snnt missi à Christo.

4to. Quia. Non sunt missi à Christo, per successionem Sacerdotij. Ipse autem Christus Joan. 20. v. 21. Sicut suam missionem à Patre proficisci, ita & aliorum à se procedere & succedere debere declarat. *Sicut misit me Pater, & ego mitto*

mitto vos. Hæc cum dixiſſet inſufflavit, & dixit eis: accipite Spiritum Sanctum &c. Sic etiam Apoſtoli à Chriſto Domino miſſi, alios mittebant & conſtituebant. Uti Actor. 14. v. 22. habetur. *Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias Presbyteros &c.* Et ex Cap. 1. v. 5. ad Titum colligitur. *Conſtituas per ſingulas Civitates Presbyteros.*

5*to*. Quia non ſunt ordinati ab Epiſcopis ducentibus ſucceſſionē ab Apoſtolis ſicut Sacerdotes Catholici; qui ſucceſſionem ſuam conſequenter deducunt per Conſecrationem Epiſcoporum ab Apoſtolis, & Apoſtolorū à Chriſto. Quæ ſucceſſio D. Auguſtinum multùm roborabat in fide, qui dicit Cap. 4. contra Epiſt. Fundamenti. *Tenet me in Eccleſia ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas commendavit, usq; ad præſentem Epiſcopatum, ſucceſſio Sacerdotum* Etiam ex Concilio 1*mo*. Nicæno ab ipſis Hæreticis ſuſcepto, apertè conſtat: Quod ille ſolus debet dici Sacerdos, qui per Epiſcopum verum & conſecratum, verè & propriè eſt ordinatus, & conſecratus, quod Canone 60. ſic diſpoſuit & decrevit. *Si qui ſunt ex populo eligendi ad Sacerdotium &c. adducendi ſunt ad Epiſcopum, ut imponat eis manus, & bene-*

5. Nec ſunt ordinati ab Epiſcopis ducentibus ſucceſſionē ab Apoſtolis,

Non ſunt Sacerdotes ſecūdum Concil. Nicænū 1mum.

dicat,

dicat, eosquè ordinet. Et in veteri lege illi tantum erant Sacerdotes, qui erant uncti in Sacerdotium. *Hæc est unctio Aaron & filiorum ejus in cœremonijs Domini die quâ obtulit eos Moyses, ut Sacerdotio fungerentur* Levit. 7. & 8.

6. Ipsi Hæretici fatentur se nō ordinari in Sacerdotes.

6to. Ipsi Hæretici fatentur se non ordinari in Sacerdotes; dicuntq; Sacerdotium commune esse omnibus, adeoquè & fæminis. Ita Lutherus lib. de abroganda Missa A. D. 1521. edito, dicit. *Invictis Scripturis firmabimus, legitimum illud & unicum verbi Ministerium esse commune omnibus Christianis, sicut & Sacerdotium.* Item in lib. ad Pragenses edito 1523. *Sacerdos in Novo præsertim Testamento, non fit, sed nascitur, non ordinatur sed creatur: Nascitur autem in Baptismo, suntque prorsus omnes Christiani Sacerdotes.* Quem sequuntur alij. Quorum doctrina damnata per Concil: Trid: Sess: 7. Can. 10. de Sacramentis in genere, his verbis: *Si quis dixerit Christianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.*

Pænæ in arrogantes sibi Sacerdotiū, qui non sunt Sacerdotes.

Et Lex DEI est expressa in S. Scriptura Num: 3. in eos, qui sibi præsumunt Sacerdotium, & non sunt. *Externus autem qui ad Ministrandum accesserit, moriatur.* Saul, 1. Regum cap. 13. quia

quia se frivole ingessit in officium Sacerdotis, regnum amisit, Samuele eundem arguente: *Stulte egisti &c. Nequaquam regnum tuum ultra consurget.* Vide supra Num. XII. punctum 1. circa finem.

7mo. Quia sunt mere laici, & subsunt potestati sæculari, nec gaudent privilegio fori: & Generalis Confæderatio Anni Domini 1648. ne sibi arrogarent privilegium Canonis Ministri Hæreticorum, forum illis in Judicijs sæcularibus assignavit, sed per hoc ipsos, à foro Spirituali in Causis Spiritualibus non exemit.

7. Non Gaudent privilegio fori tanquam merè laici.

Lex Civilis Regni Poloniæ nō permittit illis privilegiū fori Spiritualis.

REFLEXIO
Ex præmissis de Hæreticis.

Ex his patet, quid vitare, quidve agere debeat quisquè bonus Catholicus. Patet quam zelosi fuerunt Progenitores, & Prædecessores nostri, Orthodoxæ Fidei Catholicæ Romanæ Propugnatores, Evangelicæ doctrinæ exacti observatores, tum Sanctorum Patrum, ac Conciliorum OEcumenicorum, decisionumquè Sedis Apostolicæ, ac legum Patriarum fideles Executores. Nos itaquè eorum

Zelus Antecessorum in defendenda fide Romano Catholica.

Qui zelus etiā

à nobis est imitandus.

rum vestigijs insistendo; gregi curæ Nostræ subjecto quàm optimè providere cupientes, omnes in Domino hortamur, ut quam exactissimè præmissa considerent, hæreticos vitent, illos non præferant: Catholicis, ad dignitates non promoveant, & alia hic adnotata diligentissimè observent, ne & animæ detrimentum patiantur, & sensim incauti, more aliarum Provinciarum, & aliquarum Civitatum Regni nostri, ab ijsdem Hæreticis opprimantur, & in servitutem redigantur. Sic enim crescente & invalescente numero ac potentia Calvini & Lutheri Sectatorũ, in Regno hoc Poloniæ & M Ducatu Lithvaniæ, dissimulativè hucusq; toleratorum, ubi possunt Catholicos opprimunt, imò de bonis suis hæreditarijs extirpant, ubi fixerunt pedem ad Civitates, illic Catholicos non admittunt. Quid non auderent si ipsis non resisteretur?

Hæretici nituntur opprimere Catholicos

Proinde, cũ vel maximè in Ducatu Masoviæ per Statutũ Janussij Ducis Masoviæ, & alia Privilegia à Serenissimis Regibus Poloniæ, & à tota Republica approbata & sæpius renovata arcentur ab incolatu sub pæna Capitis; inhibemus omnibus Catholicis præsertim Incolis Varsaviensib9, ut domos suas, ac lapideas, cellaria, fornices, Hæreticis non elocent; nisi sub

Prohibetur specialiter in Ducatu Mazoviæ, omnimoda Hæreticorũ tolerantia.

Incolis Varsaviensibus inhibetur locatio lapidearũ cellariorũ officina-

ſub tempus Comitiorum, vel nundinarum idquè tranſeuntibus tantum, juxta punctum 17. Privilegij Mercatorũ Varſavienſium. Magiſtratus quoquè illos diutiùs habitare, aut mercaturas exercere non permittat ultra privilegiatum tempus & modum Mercatoribus extraneis conceſſum, juxta Jura, Privilegia & Decreta, & noviſſimè Regium de Anno Domini 1715. Fer 2. poſt Domin. *Lætare* Quadrageſimalem. Alia quoquè Privilegia & decreta pro obſervantia Religionis Catholicæ ac pro bono Civitatis contra hæreticos lata ad amuſſim obſervent. Mercatores quoq; ad ſervitia Mercaturæ ſuæ eosdem Hæreticos non admittant, imo illos amoveant ſub pæna mille Imperialium, à ſingulis juxta Decreta jam lata perſolvendorum & pijs locis applicandorum, præter pœnas in juribus Mercatorum Civitatis Varſavienſis, Articulo 14. expreſſas, & à Regibus approbatas, & præterea ab ijsdem Mercatoribus in acceſſu ad Confraternitatem juramento firmari ſolitas, & vel maximè amiſſionis privilegij Mercatorialis.

rũ hæreticis ad longius temp9 facienda.

Mercatores ad ſervitia mercaturæ hæreticos non admittant ſub pœnis ſpecificatis.

Id ipſum Civitati Poſnanienſi commendamus, & ut hac in parte Decretũ Sereniſſimi Regis Caſimiri, ſub Toruń

Idem Civitati Poſnaniẽſi cõmendatur.

Anno

Anno Domini 1656. die 20. Novembris latum, & in Castro Posnaniensi Fer. 5tâ. post Festum S. Luciæ Virg. proximâ, Anno eodem oblátum inviolabiliter obſervet, seriò monemus. Hoc idem in alijs Oppidis à Magiſtratibus obſervari volumus, & omnes Hæredes in Domino hortamur, & ſub DEI benedictione monemus, ut nullos Hæreticos ad Incolatum & Jura Civitatis admittant, sine ulla excuſatione paucitatis perſonarum. Nullus enim paterfamilias modico tritico immiſcet zizania ut horrea impleat: modicum etiam fermentum, totam maſſam corrumpit; nec propter temporalia debemus, negligere ſpiritualia.

similiter & alijs omnibus oppidis

Sciant quoque Parochi & cujuscunque Gradûs ſpirituales Perſonæ, omnes Contractus cum Hæreticis reſpectu functionum vel munerum ſacerdotalium, prout & Parochialium Jurium illicitos, & ipſo facto nullos eſſe. Proinde omnes Parochos, & alias quaſvis Spirituales Perſonas monemus; imò ſub pæna privationis Officij & Beneficij prohibemus ne ſimiles contractus faciant. Si qui verò fortaſſis facti ſunt priùs, aut fierent in futurum, illos omnes damnamus caſſamus & annihilamus.

Contractus Spiritualium perſonarum cum hæreticis prohibentur.

Et facti caſſantur.

Alios

Alios quoque Sæculares adhortentur, ne bona sua hæreticis vendant; cũ tali modo hæretici non solum subditos Catholicos opprimunt & supprimunt; sed etiam alios Nobiles per exemptionem eradicare satagunt. Matrimonia cum ijsdẽ non ineant, nisi spoponderint fieri Catholici, cautionemq; juratoriam fecerint in Consistorio, vel (ob loci distantiam ab eodem,) coram Parocho & testibus fide dignis, circa libros copulatorum, de non avocando altero conjuge à fide Catholica, tum de educanda futura prole utriusq; sexûs in eadem fide Romano Catholica. In casum verò mortis Catholici, tempestivè; statim circa Matrimonium declaretur, & constituatur tutor Catholicus prolis, tam masculinæ quam fæmininæ. Pro Patrinis, etiam ad Baptismum Catholicorum, hæreticos non admittant: moneantq; Catholicos, ne hæreticorum devotionib9 assistant, ne prolẽ instruendã vel educandã hæreticis tradant, eorumqué promotiones suscipiant; ne ita hæresi fautoratũ præbere videantur, & per hoc fautorũ hæreticorũ pœnas incurrant. Invigilent etiam diligentissimè, ne fana vel Scholas hæretici erigant, aut quidquam præjudiciosum Sanctæ Fidei Catholicæ vel juribus Catholicorum agant,

A sæcularibus bona hæreticis non vendenda.

Cum ijsdem matrimonia non ineunda.

In Patrinos hæretici non assumendi.

Non assistendum hæreticorum devotionibus, nec ijfilij tradendi educandi.

Parochis invigilandũ ne fana, & Scholæ erigantur, vel præjudicia Catholicis ab hæieticis fiant.

imò

imò quibꝰvis attentatis se tēpestivè, dextre & prudenter in Domino opponant; ac etiam Nobis, vel Officio Nostro talia deferant. Præterea omnes moneant, quòd Ministros hæreticos non sit licitum denominare Sacerdotes aut Spirituales, cum non sint in Sacerdotes per veros Episcopos ordinati, nullūq; habeant verū sacrificiū, quod blasphemant, & execrantur; & non gaudeant privilegio fori cum sint vere laici. Neq; Pastorum nomen illis tribuatur, cum sint potiùs Duces cæcorum, cum quibus & ipsi in foveam cadunt, & sint vitandi juxta præmonitionem Christi dicentis. Matth. 7. v. 15. *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces.*

Ministri hæreticorum nō sunt Sacerdotes vocandi, aut Pastores.

CAPUT

C A P U T III.

De Doctrina Chriſtiana.

DOlendum, quod etſi continuò Decreta deDoctrina Chriſtiana ſtatuantur, non tamen obſerventur: Ideo reaſſumendo eadem decreta, reaſſumimus & rigores contra negligentes, & injungimus: ut omnibus feſtis diebus, & Dominicis, Parochi, præter Concionem ſolitam, horâ determinatâ tempore matutino, ſeorſivè pueros inſtruant per breves interrogationes & reſponſiones, ut eò meliùs neceſſaria ad ſalutem menti imprimant, provectioriſq; ætatis rudes homines aut addiſcant, quæ neſciverunt, aut in memoriam revocent, quæ obliti ſunt. Unde modus catechiſandi ſit omnibus Parochis æqualis, videlicet:

1. Præmiſſa oratione in cantu Veni Sancte, tum oratione Dominicâ, cum Ave & Credo, ac Decalogo & Actibus fidei, ſpei, & amoris DEI, ex libello polonico Evangeliorum. Primario fiat prioris Catechiſmi repetitio cum commemoratione illius fructûs ſpiritualis, qui ex eadem doctrina excerptus, pro exercitio & ſolatio omnium commendatus erat.

2. Nova puncta principalia non plura, quàm tria proponantur ad addiſcendum, & bis vel ter per ipſum Catechiſantem repetantur, cum informatione dandæ reſponſionis.

3. Interrogationes de quolibet puncto ali-

quoties fiant, cum aliqua reflexione ſpirituali movente ad amorem DEI, ad exercendas virtutes, & fugienda vitia.

4. Ex occaſione principalium punctorum poterunt incidènter adjungi alia puncta interrogatoria, pro illuminatione meliori intellectûs, ſed ſine repetitionibus, ad diſtinctionem principalium punctorum, ne infimul opprimatur memoria parvulorum.

5. Ultimo repetitio brevis fiat præteriti & ejuſdem diei Catechiſmi.

6. Poſtmodum pueri benè inſtructi, per modum diſputationis clarâ voce interrogabunt ſe & reſpondebunt ad invicem de principalioribus articulis fidei, ut ita cæteri audientes, & ſemper aliquid novi addiſcentes à Sacerdotibus, etiam præteritorum non obliviſcantur, & vel maximè illorum, quæ neceſſitate medij ſcire tenentur. Unde parvuli in hac diſputatione ſemper æqualem obſervabunt methodum, & ſemper eaſdem principaliores repetent quæſtiones de articulis fidei. Quibus finitis, poterit adhuc ſemel Parochus illos pueros interrogare de principalioribus punctis ejuſdem diei catechiſmi, & tandem Parochus dicet aliquod exemplum ex Sacra Scriptura, vel Vitis SS: Patrum, & proponet aliquam virtutem exercendam, vel vitium fugiendum per ſeptimanam ſequentem.

7. Pro concluſione cantentur aliquæ litaniæ, vel aliæ cantilenæ devotæ ab Eccleſia approbatæ vulgari idiomate.

8. Qui

8. Qui autem negligentes fuerint in Catechiſando, vel formam Catechiſandi contempſerint, & ter à Decano moniti non ſe emendaverint, pœnâ duarum marcarum una pro fabrica Eccleſiæ, altera ad Decani diſpoſitionem qualibet vice ſolvendarum, mulctabuntur, quod ſi poſt trinam ſimilem monitionem & punitionem non ſe emendaverint, à Divinis per Decanos ſuſpendantur, & cum præfixione termini ad nos, vel Officium noſtrum pro ſumendis gravioribus pœnis remittantur.

Hæc doctrina Chriſtiana ſemper matutino tempore abſolvatur, cum ordinariè hominum concurſus ſit mane ex vicinioribus villis.

In civitatibus verò ſeu oppidis, non ſolùm mane ſed etiam poſt meridiem non intermittatur conſvetudo catechiſandi, ut abundanter eſurientibus ſpiritualis frangatur panis.

Quià verò multi rudes reperiuntur, qui doctrinam Chriſtianam addiſcere negligunt, & poſt varia adhibita media, plurimi craſſâ laborant myſteriorum fidei ignorantiâ, ideo huic malo occurrere cupientes, ſtatuimus: ut poſt primam alicujus Matrimonij denuntiationem, vocentur neoſponſi à Parocho, ac de myſterijs neceſſarijs ad ſalutem, de oratione Dominica, de ſalutatione Angelica, Symbolo Apoſtolorum, de præceptis DEI & Eccleſiæ examinentur, & inſtruantur, neq; copulentur, niſi prius iſta omnia benè didicerint: dum enim parentes illa probè ſcient, prolem ſuam ſimiliter inſtruent, & ſic ſucceſſivè doctrina Chriſtiana propagabitur in filios filiorum. Neminem

etiam admittant ad officium Patrini & Matrinæ in Baptiſmo, niſi præmiſſa omnia benè calleant, de quo ſæpiùs ex ambona præmoneatur populus.

CAPUT IV.
De Concionibus.

QUi aſcendunt Cathedram ſine ulla præparatione, deſcendunt ſine honore & fructu. Proinde ſeriò obligamus omnes Parochos, ut per lectionem librorum, & per connotationem ac memoriæ impreſſionem dicendorum in concionibus tempeſtivè ſe præparent, & ut commodius habeant pro hac præparatione tempus, hortamur Dominos Parochianos, ut diebus feſtivis ante Miſſam, viſitationibus ſuis Curatum non impediant, & Parochis injungimus, ut eaſdem declinent.

Omnibus Dominicis & feſtis ex ambona non verò ad Altare concionentur, per mediam circiter horam, magis ad fructum, quàm ad plauſum. Qui verò non habent tam felicem memoriam, ut omnibus feſtis memoriter prædicent, permittimus eis, ut impreſſas conciones ſonorâ voce legant. Sub pænis ſimilibus, quæ decernuntur contra negligentes in Catechiſando.

CAPUT

CAPUT V.
De Communione Paschali.

MIrum est quod licet omnibus sit benè notum Ecclesiæ præceptum *in C: Omnis utriusq; sexûs de Pænitent: & Remissione; & in Trident: Sess: 13 Can: 9.* promulgatum de Confessione annua, tum & de communione Paschali in propria Parochiali Ecclesiâ vel de licentia Parochi alibi percipienda, ab omnibus fidelibus, postquam ad annos discretionis pervenerunt: Nihilominus plures hanc legem non curare videntur. Proinde non solùm Sæculares omnes paternè præmonemus, ut suæ memores sint obligationis, sed etiam Parochos adhortamur, ut huic disordini tollendo piâ solicitudine invigilent. Regulares quoq; toto tempore Paschali pœnitentibus suis seriò inculcent hanc obligationem in propriâ Parochia hoc tempore communicandi, nisi fortè expressam habuerint à suis Pastoribus in hoc dispensationem, quam requisiti Parochi non denegabunt, aliàs si quis deprehensus fuerit, præceptum hoc de Communione in propria Parochia tempore Paschali cum prævia Confessione neglexisse, sciat se non satisfacturum præcepto Ecclesiæ, & insuper incursurum pœnas supra citato Canone decretas, scilicet quod & mortuus Ecclesiasticâ sepulturâ carebit, & vivus censuris obnoxius erit, ad quas tamen pænas irrogandas RR: Parochi non descendent, nisi re benè priùs examinatâ, & cum scitu nostro, aut Officij Nostri Consistorialis.

 Quod

Quod ut punctualiùs & ſvaviùs fiat, tempeſtivè populus ex ambona de hac obligatione admoneatur à Parocho, & poſt tempus Paſchale fiat examen, qui non ſunt confeſſi & communionem in propria Parochia non ſumpſerunt, tandem privatim moneantur ut pœniteant, & emendationem promittant, quod ſi hoc non fecerint, modo ut ſupra, pœnas incurriſſe publicabuntur.

CAPUT VI.
De Feſtis.

FEſtos dies de præcepto in Epiſtola Paſtorali Maciejoviana deſcriptos ubiq; obſervari volumus, & ne alicubi, vel maximè in confinijs Sileſiæ & Marchiæ violentur, attendentiam Parochis & Decanis locorum ſeriò ſub pœnis graviſſimis injungimus. Diſpenſationes verò generales pro certis feſtis, ſi quæ ſortaſſis invenirentur, pro ſubreptitijs & nullis declaramus. Nundinas quoq; & quaſvis mercaturas in dies feſtos incidentes penitus interdicimus, & in vigilias feſtorum transferimus, Laudaq; Palatinatuum ac Diſtrictuum hac in parte piè ſtabilita laudamus, & approbamus. Choreas etiam in cauponis diebus feſtivis abſolutè interdicimus, propter honorem DEI, cui dies feſti conſecrati, devotiſſimè obſervari debent.

CAPUT

CAPUT VII.
De ordine Divinorum Officiorum.

MUltitudo Parochianorum & diſtantia eorundem ab Eccleſia Parochiali ne præbeat occaſionem querelarum de tempore abſolutionis Divinorum Officiorum, maximè ubi unus tantùm Sacerdos invenitur, ita devotio diſponatur, ut tempore æſtivo à medijs diebus Maij ad medios dies Septembris, mediâ ad undecimam finiatur devotio, alterâ vero mediâ parte Anni, ipsâ undecimâ, vel ad ſummum mediâ ad 12*mam*.

In quem finem pro meliori directione, ſolaria horologia in pariete Eccleſiæ depicta habere curent, & in nullius gratiam tempus devotionis, aut anticipetur, aut protrahatur, Matutinum nunquam omittatur.

Poſt Matutinum cantetur Roſarium vel Officium Immaculatæ Conceptionis, aut Corona Beatæ Virginis, prout fundatio, aut conſvetudo, aut devotio ſvaſerit. Expediatur poſtea doctrina Chriſtiana ad captum rudium & parvulorum: poſtea cantentur aliquæ devotæ cantilenæ: demùm Miſſa celebretur: habeaturq; concio: poſt concionem ſolitæ cum populo dicantur orationes, atque actus eliciantur: ad extremùm clarâ voce & diſtinctâ recitetur Pater, Ave, & Credo, & Decem DEI Præcepta. Ubi verò plures fuerint Sacerdotes quàm unus, tempus Divinorum Officiorum tum & Catechiſmi conſtituatur à Parocho, cum conſi-

lio

lio Decani, juxta capacitatem loci, & personarum.

Post meridiem diebus festivis horâ *adâ* nunquam intermittantur Vesperæ, quodsi Ecclesia pauper fuerit & Cantorem, vel Organarium, aut alios homines habere non potuerit, cum quibus Vesperæ cantari possint, cantetur cum populo Rosarium, vel aliæ devotæ cantilenæ, Litaniæ, &c.

Id etiam in primis Vesperis festivis observetur. Opportunum etiam erit, ut omnes RR: Parochi in villis devotionem Vesperarum quàm zelozissimè recommendent, & post Vesperas examen conscientiæ faciant, & alios actus devotos eliciant, docendo ipsos præparationem ad mortem juxta praxim Jllustrissimi Popławski Decani olim Collegiatæ Varsaviensis, & post Archi-Episcopi Leopoliensis.

Ut autem Sacerdotes bono exemplo præeant, quot quot fuerint penes Ecclesiam & quocunq; titulo fundati, unà cum Parocho ijsdem Divinis Officijs intersint, tam matutinis quàm Vespertinis in loco competenti, & vel maximè in Confessionalibus superpelliceati sedentes, & ab inchoatione matutini usq; ad finem Summi Sacri perseverantes, & sine magna necessitate non exeuntes. Idem & in Vesperis observando. Quodsi autem hoc non fuerit observatum, Sacerdotes à Parocho, Parochus autem à Sacerdotibus Decano deferantur, & ab eodem pro qualibet vice pœnâ sex grossorum pro fabrica Ecclesiæ applicanda & in casu contumaciæ pœnâ dupli vel tripli puniantur, ac demum si adhuc contumaces fuerint pro gravioribus pœnis

huc

ad Officium Consistoriale remittantur, assignato illis competenti termino, coram eodem Officio sub pœna suspensionis comparendi sine ulla alia adcitatione, quam methodum correctionis fraternæ Reverendi Domini Decani, in omnibus alijs punctis hoc capite specificatis observabunt, sine ullâ exceptione & respectu, exemploq; præibunt sub pœna privationis officij.

Mane, meridie, & circa occasum solis, pulsetur campana ordinaria pro salutatione Angelica. Unâ verò horâ post occasum solis, & non citiùs, detur signum orationis pro defunctis, per trinum tactum unius partis majoris Campanæ, hoc idem ter cum interposita pausa repetendo, præmonito priùs populo de hoc modo pulsandi, & de Indulgentijs per nos impertitis 40. dierum ijs, qui devotè oraverint pro Defunctis.

CAPUT VIII.

De lampade coram Sanctissimo SACRAMENTO, & de ferendo Sanctissimo ad infirmos.

SI in veteri lege Levit: *6to.* præceptum erat, ut ignis in altari semper arderet, longè justiùs & convenientiùs est in nova lege Evangelica, ut coram Altari Sanctissimi SACRAMENTI lampas in-

 cessan-

cessanter ardeat, prout in pluribus Ecclesijs id piè & laudabiliter practicatur. Ut autem hoc ad effectum deduci possit, vel maximè in illis locis, ubi nulla est in hunc finem fundatio, eligantur in qualibet Ecclesia Parochiali quolibet triennio tres vel quatuor Provisores lampadis, quorum duo, vel ad minimum unus, sint Nobiles, & duo Plebeij. Primi curam, promotionem, ac industriam, alij duo solicitudinem, & laborem impendent, ad conquirenda media, & eleemosynas, per se, vel per alios quolibet quartuali de domo in domum Parochiæ petendas. Quid quid verô oblatum fuerit, sive pecuniâ, sive sævum, sive butyrum tempore vernali, sive semen lini ac canabis tempore autumni, sive frumentum tempore Adventûs, sive oleum tempore Quadragesimæ, cum hæc omnia servire possunt ad conficiendam lampadem, grato animo suscipient. Ad fores etiam Ecclesiæ, à parte, in loco patenti exponi poterit scriniolum aliquod cum inscriptione & commendatione huius collectæ. Ex mulctis quoq; judicialibus, vel communitatum Laicarum, poterit aliquid implorari, & ad hunc usum applicari, ut ita diu noctuq; indesinenter dicta lampas in Ecclesiis ante Sanctissimum ardere possit.

C A-

CAPUT IX.

De Processione Sanctissimi SACRAMENTI ad infirmos.

ANtiqvus Ecclesiæ usus publicè deferendi Sanctissimum SACRAMENTUM ad infirmos, passim ob bellorum turbines, variorumq; hostium in Regnum confluxus, intermissus, quàm primùm devotè reassumatur. Et proinde, quoties illud ad infirmos deferri opus fuerit, cum omni honore & Solennitate possibili deferatur. RR: etiam Parochi instruant Parochianos de Majestate & dignitate hujus Sacramenti, & de nostra felicitate, quod habeamus DEUM & hominem sub speciebus panis appropinquantem nobis, à quo faciliùs impetremus gratias & benedictiones, eosdemq; moneant, ut quàm promptissimè, & devotissimè accurrant ad assistendum huic Processioni etiam cum candelis, qui illas poterunt habere. Et simul annuntient Indulgentias plenarias concessas esse à summis Pontificibus, & recenter ab Innocentio XII. taliter Sacerdotem, hoc Sanctissimum SACRAMENTUM deferentem, comitantibus.

In quem finem, tam in civitatibus, quàm in pagis detur signum Campanæ per unum quadrantem, antequam deferatur Sanctissimum SACRAMENTUM, ut quisq; habeat tempus præparandi se ad hanc assistentiam, vel ad subministranda lumi-

naria. Ne verò sæpiùs per diem his Processionibus fatigetur populus, admonendi erunt omnes Parochiani, quatenus tempestivè informent Parochum de infirmis, ut prius illorum Confessionem excipiat, & deinde cum una Processione omnibus deferat Sanctissimum SACRAMENTUM.

CAPUT X.

De Functionibus Ecclesiasticis.

FUnctiones Ecclesiasticæ cum omni cultu & reverentia absolvantur & administrentur, & in nullius gratiam quidquam fiat cum derogatione muneris Sacri, proinde administrationem Baptismi in privatis ædibus (excepto casu periculi mortis) item benedictiones Matrimoniorum, & post partum introductiones solitas extra Ecclesiam Parochialem, inhibemus.

In Festo etiam Purificationis Beatæ MARIÆ Virginis nemini ad scamna deferantur Candelæ Benedictæ, omnes enim ad Altare, (uti & ipsi Prælati) accedere debent, easdem de manibus Officiantis recepturi. Idem & de palmis in die palmarum observetur.

CAPUT

CAPUT XI.
De Sepulturis.

NE pium opus ad avaritiæ alicujus ſuſpicionem declinet, ea, quæ in Sacris Canonibus, Decretis Provincialibus, & in Epiſtola Maciejoviana expreſſa ſunt, inviolabiliter obſerventur.

Qvapropter RR: Parochi ſint contenti oblatis ſibi eleemoſynis, nihil à fidelibus extorquendo, vel exigendo, ſciunt enim benè fideles, quid oblaturi ſunt, juxta conſvetudinem & receptum morem reſpectu Sacrificij Miſſæ ſive lectæ, ſive cantatæ, reſpectu Conductûs parvi vel magni, & præterea reſpectu Proceſſionum, Vigiliarum, ſive unius, ſive duorum, ſive omnium trium Nocturnorum cum Laudibus, noveruntquè benè illud Apoſtoli 1. Corinth. 9. v. 13. *Qui Altari deſerviunt, cum Altari participant.* In ejusmodi ſepulturis habenda quoq; erit ratio Cantorum, Scholiregarum, Campanatorum, & Muſicæ (ſi quæ in Parochijs reperietur) ut quiſq; pro ſua rata temporis ſervitij contentetur, pro cujusq; prudenti diſcretione, nequè enim gratis dicit Apoſtolus: *quis militat ſuis ſtipendijs unquam?* 1. Corint 9. v. 7. Quâ Conſtitutione noſtrâ non ponimus metas pietati, & Chriſtianæ in Suffragia Defunctorum Fidelium liberalitati, dum Parochis prohibemus, ne quidpiam ab ijſdem extorquere audeant.

Reliqua, quæ ad funeris apparatum perti-

nent, uti luminaria, aliaq; necessaria successoribus seu executoribus demortuorum & Ecclesiæ Provisoribus commendamus, ut maturè & pro decentia Personæ funerisq; provideant necessaria. Quibus etiam Provisoribus, cum intersit procuratio Sacristiæ, & Fabricæ Ecclesiæ, ad illorum Officium pertinebit, aliquid pro Fabrica Ecclesiæ, pro necessitatibus Sacristiæ, juxta proportionem & qualitatem personarum secundùm consvetudinem expetere sine ulla extorsione.

Si quis verò tam pauper inveniatur, ut nihil ad sepulturam suam conferre possit, ejus anima omni charitate juvanda erit, omnia proinde gratis expediantur, deducatur corpus ejus cum omni apparatu, fiat Missa & conductus, & nullum cadaver sepeliatur, quod prius non fuerit expositum in Ecclesia tempore Missæ, ut palam omnibus fiat, quod Sacerdotum non desit charitas, ubi id exigit necessitas: quod verò subsistentia Sacerdotum, & jura Parochialia exposcunt, avaritia censeri non debet.

CAPUT XII.

De Vitricis, seu de Provisoribus Ecclesiæ.

PRo majori & exactiori cura necessitatum cujuslibet Ecclesiæ Parochialis ad mentem Concilio-

rum

rum Provincialium Regni, ſint vitrici ſeu Proviſores, qui ex Parochianis poſſeſſionatis, & zelum honoris DEI in ſe habentibus, ſingulis Annis eligantur tres vel qvátuor, quorum duo ſint Nobiles, vel ſaltem unus, & duo Cives, ſive Villani, qui pecunias tam à ſepulchris, quàm ex pulſalibus, & collectis workowe dictis, etiam eleemoſynis, ac mulctis à publicè delinquentibus, & alijs pijs oblatis, ad hunc finem legatis & obventionibus percipient, & ad carbonam imponent, & pro fabrica, vino, cera, ſævo, lotione & reparatione paramentorum ſacrorum, uti etiam feneſtrarum, librorum Sacriſtiæ, atq; vaſorum, alijsq; neceſſitatibus Eccleſiæ cum conſilio Parochi expendent, & ad hunc finem Regeſtra perceptorum & expenſorum habebunt. In cujus præſentia bis in anno, circa feſtum Nativitatis Domini, & Beati Joannis Baptiſtæ calculationem dictorum perceptorum & expenſorum facient, ac tandem ut proventus benè conſerventur, & expendantur, providebunt. Factas autem calculationes Parochus ſubſcribat. A carbona verò duæ ſint claves penes Vitricos, tertia penes Parochum, ut unus ſine alio aperire illam non poſſit, ne quidem Parochus. Horum Vitricorum electio, vel antiquorum confirmatio ad hoc officium aptorum fiat per Parochum & Parochianos, ultimis Decembris ſingulis annis. Ut autem ſint alacriores in hac functione tam Eccleſiæ, quam lampadis, Proviſores in vim gratitudinis, primum poſt Collatores vel

Ma-

Magiſtratus in Eccleſia locum, & poſt obitum, gratis locum ſepulturæ habebunt, ac Benefactorum merita & Suffragia participabunt.

CAPUT XIII.

De Seminario Poſnanienſi.

SIcut tota ferè ſpes cujuslibet Monaſterij à Novitiatu & Tyronibus benè in ſpiritu formatis, ita tota ſpes Eccleſiæ & bonorum in vinea Chriſti operariorum & paſtorum, à Seminario, & recta Clericorum inſtitutione dependet. Ut ſicut Apoſtoli non prius in varias mundi partes ad Evangelium prædicandum fuerunt ordinati, quàm in Schola Supremi Magiſtri Chriſti Salvatoris, per tres circiter annos omnium cæleſtium myſteriorum, & functionum Apoſtolicarum ſcientiâ, omniqué virtutum genere fuerunt eruditi. Ita omnes Noſtræ Diœceſis Clerici, non priùs ad Ordines, & Beneficia promovebuntur, quàm in Seminario debita ſcientiæ & pietatis per biennium iecerint fundamenta.

Et propterea Seminarium noſtrum Cathedra-: Poſnanienſe propter innumeras temporum cala-ıitates, bonorum ruinam, & debitum ordinem ənè neglectum, omni, quâ potuimus diligentiâ ſuſcitandum, reformandum, ſufficientibusq; pro-ntibus providendum, & ad bonum ordinem re-ıcendum ſtatuimus, & curavimus, modosq; ad-inveni-

adinvenimus, ut Clerici numero viginti ibidem congruè (dummodò Reverendissimi Abbates Dioecesis nostræ, juxta praxim antiquam, de quo in Synodis Antecessorum Nostrorum, & in actis Episcopalibus Tholibovianis expresè constat, quantum debeant contribuere, contribuant, ad quod præsens Synodus eosdem adhortatur & obligat, ad mentem Concilij Tridentini Sess. 23. Cap. 18.) suo tempore sustentari, & in omnibus tam scientiæ, quâm pietatis Ecclesiasticæ exercitijs perfici valeant, & ita de Seminario eggressi, verbo & exemplo gregem Christi sibi commissum dignè pascere valeant, & ædificare. Cujus Seminarij Erectionem etiam per hanc Synodum ratificamus, & illius curam & administrationem Nobis, & Successoribus Nostris Episcopis Posnaniensibus reservamus, per Nos, & Successores Nostros, sive per Deputatos à Nobis Provisores exercendam, juxta formam in Erectione præscriptam.

CAPUT XIV.

De Seminarÿs Varsaviensibus.

SEminarium Clericorum Sæcularium ab antiquo penes Ecclesiam Collegiatam S. Joannis Baptistæ Varsaviensem fundatum pro sex Seminaristis, & tandem per Synodum Witwicianam curæ Sacerdotum in commune viventium concreditum, ijsdem præsenti Synodo commendamus, ut quàm uberrimos

fructus ad nutus nostros in Diœcesi ista, juxta necessitatem Ecclesiarum, & nostram ordinationem, ac reformationem adferre possit, & valeat. In auctionem verò hujus Seminarij pro alendis quatuor Seminaristis Diœcesanis Advocatiam Zdzary in clavi Zbikoviensi, salvo jure modernæ Possestricis Generosæ Kolińska, applicamus cum agris in novo nostro Privilegio specificandis.

Item pro alijs quinquè Villam Biskupice in Parochia Wrociszeviensi, (quæ non à longo tempore jure indebito à mensa Episcopali avulsa sub prætextu juris emphiteutici fuit,) perpetuò applicamus, cum hac obligatione: ut Alumni, seu Seminaristæ, tam primitivæ, quam modernæ fundationis ad alias Diœceses non transferantur, sed huic Diœcesi Posnaniensi inserviant, & sint parati ire ad Vicariatus, si opus fuerit.

Admodum Reverendis etiam Missionarijs ad Sanctam Crucem diligenter commendamus, ut prout cæperunt, nunquam deficiant in manutenendis & erudiendis Seminaristis Diœcesis Nostræ, juxta fundationem, de qua in Actis Capituli Varsaviensis plura.

CAPUT XV.

De Provisis.

INvaluit mala consvetudo, quod provisi temerariè deserant Provisores & Ecclesias, ad quas fue-

fuerunt provisi, ideoque seriò inhibemus, ne ullus sine scitu suorum Provisorum, & consensu Officij, ad alia Ministeria, Officia, & Beneficia Ecclesiastica se transferat, sub pœnis arbitrarijs. Provisores etiam honestè illos tractent, uti fratres, & invigilent, ne laceris aut nimis detritis vestibus incedant, aliàs ad celebrandum illos non admittant, ipsi quoq; Provisores, & quivis Beneficiati exemplum munditiei, & decentis habitûs in se exhibeant, ne à Decanis reprehensionem, ab Officio verò nostro pœnas subire cogantur.

CAPUT XVI.

De Exercitijs sive Recollectionibus.

ACcidit non semel ex humana fragilitate, ut bonum semen, à multis rerum temporalium distractionibus, quasi spinis suffocetur, & non unus solicitus & turbatus circa plurima, vel propria rei familiaris, vel aliena negotia, occasionibus varijs & periculis peccatorum totum se tradens, obliviscatur sui, & ita oblitus qualis fuerit, & qualis esse debeat, *fiat sicut populus, sic Sacerdos*, & sentiat in se verificari illa S. Leonis verba: *Dum per varias actiones vitæ huius solicitudo distenditur, necesse est de mundano pulvere etiam Religiosa corda sordescere.* Ne verò qui in sordibus est, sordescat adhuc, & cum alijs prædicaverit, ipse reprobus efficiatur, nullum præsentius & efficacius medium ad conversionem

nem, & reparandam mentium puritatem inveniri poteſt, quam ſi exemplo Chriſti ducatur à ſpiritu in deſertum aliquod ſpirituale, ubi poſſit cum Propheta dicere : *Elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine*, in qua ſolus cum ſolo DEO converſatus, omnes in cura animarum, contra DEUM, proximum, & animam ſuam defectus & maculas, per pias meditationes, contriti cordis ſuſpiria, confeſſionem generalem, ferventia deſideria ſeriæ emendationis, propoſita, & media efficacia ad correctionem à DEO inſpirata, totus in ſpiritu renovetur, ut poſſit cum gaudio dicere : *Vivo ego jam non ego, vivit verò in me Chriſtus. Dixi nunc cæpi, hæc mutatio dexteræ Excelſi.* Ad hunc finem omnes & ſingulos noſtræ Diœceſis Sacerdotes obligamus, ut intra currentem Annum illas abſolvant, tempore opportuno, in futura Congregatione Decanali à quolibet eligendo & determinando, ne ſimul omnes ab Eccleſijs diſcedere contingat, & cura animarum ſuis deſtituatur obſequijs, ac poſtea intra triennium illas renovent : unusquiſq; per octo vel decem dies exercitijs ſpiritualibus proprijs impenſis vacet, & quidem Sacerdotes Ducatûs Maſoviæ in Domo Miſſionis Varſaviæ ad Sanctam Crucem ; Majoris verò Poloniæ, ſive in Seminario Poſnanienſi, ſive apud PP. Societatis, ſive etiam Goſtini in Congregat. S. Philippi Nerij, ſub pœnis arbitrarijs Officio Noſtro reſervatis, qui, ſicut Apoſtoli, poſt exercitia hæc Spiritualia, per decem, vel octo dies devotè & plenè recollectis ſenſibus,

per

peracta, egrediantur tanquam leones ignem ſpiritualis fervoris ſpirantes, facti diabolo terribiles, omnibus ſæcularibus exemplares.

Ad eaſdem recollectiones abſolvendas tenebuntur omnes ordinandi ad Sacros Ordines, & niſi illas abſolverint ante quemlibet ordinem ſeorſivè, ſciant ſe non fore admittendos ad eoſdem recipiendos.

CAPUT XVII.

De non alienandis bonis Eccleſiæ.

COmpertum eſt nonnullos Beneficiatos Bona quædam Eccleſiæ ſive permutaſſe, ſive donaſſe, ſive etiam uſurpationem eorum à ſæcularibus diſſimulaſse, aliquos etiam argentum Eccleſiæ oppignoraſſe : quo circa ſtrictè inhibemus ſub pœna privationis Beneficij à Sacris Canonibus lata, contra alienantes bona Eccleſiæ : ne quis agros, prata, hortos, decimas, ſummas pecuniarias, aut qualescunqué proventus & jura, aut res Eccleſiæ, audeat quomodoilibet alienare, donare, vendere, permutare, oppignorare-imo ſi quid ex prædictis à quopiam uſurpatum animadverterint, exnunc ad Officium deferant conſilium petentes, eamq; delationem, ſeu manifeſtationem in Actis Conſiſtorij connotari faciant, memores juramenti, quo ſe in ſui inſtitutione ad Beneficia obſtrinxerunt, de non alienandis, & alienatis

pro posse recuperandis Ecclesiæ Bonis, sub gravissimis pœnis, si in hoc passu negligentes, vel dissimulantes fuerint deprehensi, talis enim negligentia voluntariæ aligenationi æquiparatur. Specialiter inhibemus, ne quisquam Spiritualium, etiam Capitula, audeant Bona Ecclesiastica proprij Beneficij, vel Capitulorum, cuiquam locare ad triennium, ut vulgò dicitur per arendam, absq; expressa nostra, vel Successorum nostrorum licentia, quamvis Arendator fuerit persona Ecclesiastica & Capitularis. Si autem sæcularibus locare voluerint etiam ad unum annum, caveant, ne forum in casu controversiarum reservetur aliud, præter Consistoriale, sub nullitate Contractûs.

CAPUT XVIII.

De honesta habitatione Cleri.

SAluberrimè Prædecessor Noster piæ memoriæ Stephanus Wierzbowski Episcopus Posnaniensis per edictum publicum statuit, & inhibuit, ne Clerus cum diverso sexu etiam sangvine juncto, sub eodem tecto cohabitet. Quapropter Nos, tam salutare Statutum innovantes mandamus omnibus Beneficiatis, præsertim Parochis, ut pro familia sua domestica separatam domum, à sua mansione remotam habeant, sub pœna centum Marcarum, alijsq; arbitrarijs, si quis intra annum non procura-

verit

verit, separatam ejusmodi mansionem, vel saltem ad interim non accommodaverint ita veteres residentias, ut non per idem atrium, sed per aliud novum extructum, ad familiam sit ingressus, nullaq; privata communicatio cubiculorum sit cum familia. In cubiculis etiam suis nunquam sibi Sacerdotes per fæminas famulari, vel ad dispensas aut armaria sub titulo recipiendorum alimentorum per cubiculum cursitare permittant, sub pœna trium marcarum pro qualibet transgressione præsentis mandati à Decanis sine ullo processu judiciali, sed simpliciter, ubi de hoc constiterit repetenda, quarum marcarum una pars fabricæ Ecclesiæ, altera delatori, tertia ipsi Decano cedet, in casu verò contumaciæ vel incorrigibilitatis suspendentur à Decano, & ad Officium remittentur, cum præfixione termini ad comparendum coram eodem Officio.

Quodsi verò Decanus ipse, de eadem transgressione præsentis mandati accusatus & convictus fuerit, pro prima vice pœnâ dupli, pro secunda tripli, pro tertia, privatione illius punietur ab Officio. Si autem ex necessitate aut consilij petendi gratiâ contigerit fæminas adire cubicula ipsorum Decanorum, aut Parochorum, studiosè caveant, ad evitandas omnes suspitiones, ne soli cum solis loquantur, sed semper habeant honestum aliquem testem, qui loquentes videre possit.

C A-

CAPUT XIX.

De ſcandalis, & exceſſibus promptiſſimè compeſcendis.

SI aliquæ rixæ, diſſenſiones, violentiæ Sacerdotum cum Sacerdotibus, vel eorum cum Sæcularibus, ſive alia ſcandala (quod DEUS avertat) intervenire contingat, ſine omni dilatione, vel adcitatione, loci Decanus, vel admonendo, & omni alio meliori modo corriget , vel etiam accepto aliquo Parocho inquiſitionem faciet, aut alteri faciendam committet, ac pœnâ aliquot marcarum, non tranſcendendo quinque marcas, puniet.

Quodſi gravius delictum, vel delinquens contumax fuerit, eundem cum parato proceſſu, & inquiſitione ad Officium Noſtrum cum præfixione termini ad comparendum remittet, ut ita promptiùs omnibus adminiſtretur juſtitia, & defectus corrigantur.

CAPUT XX.

De Actis Decanalib9 & Officio Decani, tum

tum de institutione Promotorum boni Regiminis, & bonæ Æconomiæ, ac ipsorum Officio.

NOtarius cujuslibet Decanatûs habeat librum compactum, in quo Acta Congregationum, & Inventaria tam Ecclesiastica, quàm Domestica cujuslibet Beneficij sui Decanatûs inscribat. Statuimus enim, ut introducens aliquem noviter institutum ad quodcunquè Beneficium, conscribat tunc exactè illa Inventaria, quorum unam copiam à se subscriptam relinquat penes Beneficiatum, aliam verò à Beneficiato subscriptam consignet ad manus Notarij Decanatûs in Acta ipsius inserendam.

Ipsi verò Decani sæpius Acta revideant, & benè observent corrigenda, muneris quoq; sui secundùm præscriptum Tarłovianum punctualiter debitum Officium adimpleant, vel maximè in celebrandis Congregationibus Decanalibus bis in anno, & in Visitatione semel quotannis facienda sine ullis Solennitatibus & præmonitionibus, quæ Archi-Diaconis competunt, tum etiam in corrigendis, puniendis, & tandem deferendis, aut cum paratis Inquisitionibus remittendis delinquentibus ad Officium Nostrum, juxta adnotata, circa puncta varia præsentis Synodi.

Ut autem faciliùs præmissa ad executionem deducantur, Parochi quoq; sint diligentiores, & e-

xactiores, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus: volumus ut in quolibet Decanatu præter ordinarios Conſiliarios Decanales, ſint duo Promotores ex Parochis à Nobis conſtituendi, quorum unus attendet, ut omnia quo ad curam animarum, & decorem Eccleſiæ, honeſtatemq; Clericalem & Familiæ, tum ad obſervantiam Decretorum Reformationis, & ad munditiem Sacriſtiæ, ac integritatē & ſecuritatem Inventarij Eccleſiæ pertinent; alter verò invigilabit, ut res æconomica debitè inſtituatur, nihilq; ex Inventarijs depereat, ſarta tecta conſerventur, conſeminationes debito tempore fiant, quod ſi defectus aliquos animadverterint, in Congregatione Decano deferent, & unâ cum Conſiliarijs ac Decano eoſdem dijudicabunt; ſi verò ſe non correxerint, eoſdem cum parato proceſſu, & cum voto ſuo, ac cum præfixo termino comparendi coram Officio Noſtro, ad Officium Noſtrum deferent & remittent.

In quem finem primus illorum, videlicet Promotor, cultûs Divini, quolibet tempore ſibi benè viſo, bis tamen in anno, alter verò Promotor videlicet rei œconomicæ immediatè ante Congregationes vernales & autumnales inſpectionem privatam de præmiſſis facient & inveſtigabunt, ac pro amore DEI in charitate & veritate meliora ſvadebunt, & ut ſupra procedent. Ne autem ipſi Promotores exleges eſſe videantur, ab antiquiori Parocho Decanatûs ſimilem inſpectionem & inveſtigationem libenter ſuſcipient.

CAPUT

CAPUT XXI.
De Ærarijs Decanalibus.

NOn solùm Charitas ad sublevandam proximi egestatem, sed etiam necessitas ad defensionem Bonorum Ecclesiæ id exigit, ut unusquisq; Decanatus suum habeat ærarium commune. Proindè statuimus, quatenus in prima Congregatione Decanali modum importandi inter se adinveniant, & eundem observent, necnon ad ejusdem ærarij conservationem Thesaurarium eligant. Si autem de hoc pio, & utili opere consulere neglexerint, Decanus modum contribuendi instituet, & proportionatam taxam conscribet, quam sub pæna dupli assignato tempore persolvere omnes tenebuntur.

CAPUT XXII.
De Archivis Ecclesiarum.

OMnes Beneficiati præsertim Parochi habeant librum bene compactum & sufficientem, in quo ab initio describant omnes agros, hortos, prata, cum expressione longitudinis, latitudinis limitum, ubinam incipiant, & ubi desinant. Deinde omnes aproventus percipiendos ex Decimis, Censibus, agris, & alios quosvis, ac postea successivè singulis annis, quid perceperint ex ijsdem proventibus, & quantum seminaverint in proprijs agris, & quantum

um collegerint, præſertim autem decimas manitpulares exactè connotent, non ſolùm per villas generatim, ſed etiam quantùm ex quovis prædio, & quovis colono, cujuſq; frumenti collegerint.

Item omnia Jura, Erectiones, Donationes, Inſcriptiones Summarum, Cenſuum, per extenſum, proceſſuſq; omnes in eodem libro inſcribant. Hunc autem librum comparent, & in eo quæ mandantur, connotent, ſub pæna decem marcarum ad ænarium Decanatûs inferendarum, ſi eum in futura Congregatione Decanali poſt publicationem præſentium non produxerint.

Pro majori etiam ſecuritate juxta Paſtoralem Maciejovianam, Jura originalia ingroſſari ad Acta tam Conſiſtorialia, quàm Caſtrenſia curent, & illorum authentica documenta per extractum ſigillata, & ſubſcripta, in Archivo Eccleſiæ habeant, Originalia verò in Archivo Capitulari, in ſcrinio, ad hoc publicis expenſis comparando, ſerventur ſub Regeſtro, in eadem arca conſervando, ut ita & in Archivo, & in Actis conſerventur Jura, & præterea, tam in libro Copiæ deſcriptæ, quàm etiam ex Actis authentici extractûs in promptu habeantur.

CAPUT XXIII.

De pluralitate Beneficiorum.

QUoniam juxta Diſpoſitionem *Concilij Trid: Seſſ: 7. Cap: 4. & 5. Quicunquè plura Curata, aut aliàs*

aliàs incompatibilia Beneficia Ecclesiastica contra formam Sacrorum Canonum, & præsertim Constitutionis Innocentij III. quæ incipit: De multa recipere ac simul retinere præsumpserit; Beneficijs ipsis juxta ipsius Constitutionis Dispositionem ipso jure privatus existat. Ideo omnes qui talia plura Beneficia obtinent, de Dispensatione sedis Apostolicæ intra quatuor menses coram Officio doceant, sub rigore in citatis Concilij Tridentini Decretis expresso.

CAPUT XXIV.
De Præfectis Sacristiarum.

INdecens valde est, quod in pluribus Ecclesijs, vetuli & pueri in laceris vestibus munus sacristiani obeunt, candelas accendunt, aliaquè ministeria circa altare exequuntur; quapropter inhærendo antiquis Constitutionibus Synodalibus, & praxi aliquarum Diæcesium ordinamus, ut omnes Ministri ad Altare propè accedentes habeant Superpellicea ex tela simplici, cum manicis brevibus, neq; sine talibus Superpelliceis audeant ad servitium Altaris accedere, quod omnibus curam Sacristiæ habentibus seriò commendamus, monemusque, ut omnia mundè conservent: Corporalia, & Purificatoria curent nitidissima: Humeralia, Albas, Mappas, & Linteamina sæpiùs lavari, ac mutari faciant; Stolas circa collum linteolis obdu-

cant, nec illas, uti & Casulas, nimis ad collum adstringi permittant, ne sudore deturpentur. Si etiam aliquis Sacerdos lacerâ aut nimiùm detritâ, aut non talari veste indutus, si absque collari, vel cum eodem sed notabiliter denigrato, si cum calceis immundis, celebrare voluerit, eidem apparatum non extradant sub gravi animadversione.

CAPUT XXV.

De Regularibus.

Religiosi cum sint magna militantis Ecclesiæ fulcra, in Diæcesi quoq; Nostra antiquum zelum animarum, non solùm in Concionibus, & Confessionibus, ac alijs similibus, Ordini proprijs pietatis exercitijs conservent; sed etiam in reprehendendis & deferendis ad Nos vel Officium nostrum, publicis criminibus ac scandalis, & in expurgando quantum possibile est, Hæreticæ pravitatis fermento, eundem ostendant, in Domino hortamur.

Pro conservatione autem majoris affectûs mutui cum Clero sæculari, caveant, ne quidquam contra jura Parochialia atttentent. Memores Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini, tum & Pastoralis Maciejovianæ, ac aliorum Decretorum Synodalium Provincialium, nec non pænarum in illis expressarum, ratione inductionis, & persvasionis, de eligenda sepultura, ac ipsarum sepultu-

pulturarum demortuorum cujuscunque Statûs, conditionis, & ætatis.

Et præterea à benedictionibus Sponsorum tempore missæ, nec non ab introductionibus mulierum post nuptias, & post partum, à benedictionibus quoquè esculentorum in Paschate abstineant, vel consensum Parochi super prædictis requirant. De quo reliqua in Epistola Pastorali Tarłoviana ab illis observari volumus.

CAPUT XXVI.

De Hospitalibus Sacerdotum pauperum, infirmorum, Emeritorum, ac Beneficijs carentium, & de derelictis ab intestato.

COmpatimur sorti Spiritualium personarum, vel maximè Parochorum, quod cum ab omnibus gravi censurâ divitiarum, & avaritiæ afficiantur; adeo pauperes existant, ut ne quidem mendicantium portionem habeant, & modo honesti amictûs careant; quodve pejus est, laborum suorum exantlatorum, non aliud in sera senectute solamen percipiant, nisi duræ paupertatis exercitium. Proinde cum hucusque piæ intentiones Antecessorum nostrorum hac in parte effectum non sint

sortitæ,

sortitæ, mediaq; ex derelictis post intestatos ad hoc destinata ob paupertatem Cleri non suppetant, vel si aliquando obveniunt, paucissima sint, ideo præter dicta media, omnium Christi fidelium viscera obsecramus, ut si aliquam intentionem novarum fundationum habeant, satiùs istius fundationis respectum habere velint, & maximè Sacerdotes in id incumbant, ne fortè & ipsis eadem sors miseriarum contingat, & ut exactiùs Ordinatio Constitutionum Provincialium de derelictis post intestatos Clericos, effectum suum sortiatur, sequentem dispositionem de ijsdem observandam statuimus.

Primariò competens fiat defuncti sepultura, postea debita, si quæ sunt, reddantur, & merces familiæ domesticæ deservita persolvatur. Inventarium quoq; ab antecessore defuncti, acceptum relinquatur pro loco. Reliquum si supererit, sine omni dilatione in quatuor partes dividatur, *1ma.* Pars cedat pro fabrica Ecclesiæ & Domûs, ac inventarij Parochialis auctione. *2da.* Pro consangvineis. *3tia.* Hospitali Sacerdotum emeritorum, pauperum, infirmorum, & beneficijs carentium, cum obligatione orandi pro defuncto. *4ta.* Ad dispositionem nostram, vel Officij nostri, omni meliori modo convertenda. Unde & Decano pro attendentia, & cura circa derelicta post mortuum ad ipsum pertinente, prout & alijs Cooperatoribus ac Officialibus sua providebitur consolatio.

Quæ

Quæ quidem diſpoſitio pro Hoſpitali ſacerdotum ita obſervabitur, ut pars ex derelictis poſt Sacerdotes in majori Polonia, cedat pro hoſpitali Poſnanienſi, poſt Sacerdotes verò in Maſovia, pro Hoſpitali Archidiaconatûs Varſavienſis.

Quod ut ſecuriùs ad effectum deducatur, hanc ordinationem facimus, ut iſtorum Hoſpitalium emeritorum Sacerdotum, ſive proviſione carentium ſint Proviſores, Promotores, & Procuratores. qui quidem Officiales, à Nobis vel Succeſſoribus noſtris Loci Ordinarijs, conſtituentur ad beneplacitum, prout Nos modo conſtituimus; videlicet pro Hoſpitali Poſnanienſi *Ad S. Laurentium.* Proviſorem Perilluſtrem & Admodum Reverendum Kaznowſki, Archidiaconum Pſzczevenſem. Promotorem Perilluſtrem & Admodum Reverendum Waſniewicz, Canonicum Cathedralem Poſnanienſem, Præpoſitum Collegiatæ Divæ Magdalenæ. Procuratorem verò Admodum Reverendum Adalbertum Dajewſki, Præpoſitum S. Adalberti, extra portam Poſnanienſem.

Pro Hoſpitali verò Archidiaconatûs Varſavienſis, quod erit in Oppido Goræ, ad Eccleſiam S. Crucis, Sacerdotum in Commune viventium, conſtituimus Proviſorem, Perilluſtrem & Admodum Reverendum Parol, Canonicum Varſavienſem, Promotorem Admodum Reverendum Regentem Seminarij Varſavienſis. Procuratorem Admodum Reverendum Lonowſki, Beneficiatum Collegiatæ Varſavienſis. Quorum Officium erit curare bonum Hoſpitalis, & quidem *Procuratores* attendent, ut pars quar-

ta derelictorum post intestatos, consignetur Hospitali; vel si etiam aliquid in testamento legatum fuerit, reddatur. Quolibet etiam anno per se vel per substitutos, eleemosynas à Sacerdotibus sive in frumentis, sive in pecunia conquirent, & pro unoquoqué Sacerdote in hospitali in communi cum alijs Sacerdotibus sustentando punctualiter anticipativè ad manus Præpositi loci sivè Hospitalis, tam in leguminibus, quàm in pecunijs reddent. *Promotores* verò prospicient, ut quod Procuratores perceperint, benè in scrinio ad hoc comparando, & in Sacristia, sive in alio Ecclesiæ suæ loco collocando conservetur, & debitè expendatur, ac bonus ordo observetur. *Provisoribus* etiam incumbet sæpiùs inspicere an Procuratores & Promotores benè administrant officium suum, & in casu alicujus defectûs, remedia providere.

CAPUT XXVII.

De Testamentis.

DE Testamentis nil innovamus, sed dispositiones Synodorum Provincialium observari volumus, præcavendo, ut testari cupientes non obliviscantur in suis testamentis Fabricæ Ecclesiæ, & aûctionis Inventarij pro Successore, tum etiam Hospitalis Sacerdotum emeritorum, ac Decani pro laboribus illius, aliàs circa approbationem Testamentorum

torum pro præfatis necessitatibus, aliquid ex legatis defalcabitur.

Et cum gravissimas pœnas statuerint Sacri Canones, & novissimè Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 11. contra bonorum Ecclesiasticorum, Iurium, fructuum, emolumentorum, & quarumvis obventionum, Direptores ac usurpatores; proinde sæpiùs cum opportunitate instruatur populus, ut sciant enormitatem hujus criminis, & simul ut occasio hujus peccati tollatur, monentur omnes Sacerdotes, ut saltem semel in anno conscribant Inventarium omniũ Iurium, bonorum, & supellectilis; ne quid post obitum illorum pereat. Infirmos etiam Decani moneant, ut res suas disponant, aut totum committant dispositioni Officij juxta decretum præsentis Synodi. Postquam verò aliquis Sacerdotum mortuus fuerit, Officium erit Decani ante omnia curam animarum alicui committere, ad ulteriorem dispositionem Officij, & sine dilatione ad locum defuncti venire unà cum Promotore bonæ œconomiæ, si fieri poterit, vel saltem in præsentia aliorum Sacerdotum, sive etiam sæcularium Parochianorum, & nunquam sine Testibus cubicula & scrinia aperire, inventarium omnium rerum conscribere, & juxta testamentum ac ordinationem præsentis Synodi disponere, obtentâ prius approbatione testamenti à Nobis, vel Officio Nostro more solito. Quodsi Executores ad testamentum designati fuerint, illi hoc totum faciant, præmonito de omnibus Decano, tum & Promotore bonæ OEconomiæ.

Si quis autem intestatus mortuus fuerit; similiter loci Decanus ut supra omnia faciet, Officio deferet, & secundùm dispositionem Synodi præsentis, cap. 26. exequetur. Post obitum verò ipsius Decani, boni regiminis & bonæ œconomiæ Promotores, id ipsum facient.

CAPUT XXVIII.

De Suffragijs pro Defunctis Sacerdotibus.

ORdinationes variarum Synodorum de suffragijs pro Sacerdotibus defunctis, cum æmulatione charismatum meliorum hac in parte commendamus, ut nempe quisq; in suo Decanatu pro anima Sacerdotis defuncti tres Missas & semel Officium defunctorum absolvat. Quilibet quoq; Beneficiatus singulis annis pro anima immediati antecessoris cum commemoratione aliorum prædecessorum primâ die anni cujusvis non impeditâ absolvat, & quidem Parochi solemniter cum cantu, Altaristæ autem prout placuerit.

Optimum etiam foret si Confraternitas Sacerdotum pro defunctis more aliquorum Decanatuũ Diœcesis hujus in omnibus Decanatibus susciperetur. De quo in Congregationibus Decanalibus consulendum relinquimus.

CA-

CAPUT XXIX.
De Hoſpitalibus Poſnanienſibus.

DEploranda eſt ſors Hoſpitalium Poſnanienſium, quòd aliqua illorum ita perierint, ut circa viſitationem generalem vix memoriam eorum deprehenderimus. Prout tamen potuimus, ita diſpoſuimus, & ad duo Hoſpitalia per novam erectionem reduximus, quam præſenti Synodo approbamus.

CAPUT XXX.
De Hoſpitalibus Varſavienſibus, & alijs ubique locoruum, tum de Erectione novi Hoſpitalis S. Benonis, ac de Confraternitate bonæ Vicinitatis.

REliqua hoſpitalia, tam in Civitate Varſavienſi, quàm alijs locis, ne ſimili ruinæ ſubjaceant Proviſoribus ſingulis annis eligendis, & non ultra triennium in Officio duraturis juxta diſpoſitionem Concil. Trid. Seſſ. 15. cap. 9. diligentem illorũ curam demandamus. Novum quoq; Hoſpitale pro pueris in Mechanicis artibus exercendis & inſtruendis Varſaviæ per nos erectum Confraternitati S. Benonis incorporamus juxta tenorem Erectionis

 Noſtræ

Nostræ gubernandum. Ut autem in futurum obvietur extremæ inopiæ hominum cujuscunque status, & commodiùs subveniatur : *Confraternitatem* bonæ vicinitatis ex mandato nostro conscriptam, & in parvo Opusculo Typis impressam Uniuscujusque pietati commendamus & à Parochis publicari & commendari ordinamus.

CAPUT XXXI.

De Maleficis & Incantatoribus.

HOrrendum est audire multas quolibet Anno fæminas sine fundamento de Veneficijs & Maleficijs accusari, dein ab illegitimis Judicibus & ut plurimùm non solùm Jurium, sed & Literarum ignaris, Decretorum Regiorum Assessorialium Varsaviæ Feriâ secundâ post Fest: S. Jacobi Apost: 1672. & in crastino S. Ægidij 1673. Nec non Laudi Sredensis, Posnaniensis & Calisiensis Palatinatum 1670. ac Edicti olim Illustrissimi Prazmowski Archi-Episcopi Gnesnensis, tum in contemptum Jurisdictionis Ecclesiasticæ, sine scitu Officij nostri, cujus est de talibus rebus juxta Canones & statuta Regni judicare, imò ex meris suspicionibus, & tantùm prævio, vano, & illegitimo alicujus simplicis Rustici Delatoris juramento, vel præmissâ illicitâ per aquas probatione, modis nullibi practicatis, nec in legibus expressis tractari, in dolia ligatis post tergum manibus & oculis,

oculis, modo crudo & duro, imponi: dein ad torturas destinari, & tribus diebus manu carnificis, per trinos qvalibet die tractus, torqueri igneque aduri; post quamlibet torturam sine ulla refocillatione & discretione iterum in eadem dolia similiter ligatis manibus, ac oculis, reimponi, ac ita omni genere miseriarum enormibusquè mortificationum excogitatarum modis consumi, & tandem crudeliter comburi; plurimos etiam per extorsivas complicitatis provocationes diffamari, ac per consequens infinitis dissensionibus & persecutionibus exponi; unde non solùm Christiana Charitas minuitur & odia crescunt inter vivos, sed & mortuorum sangvis vindictam clamat. Ne itaque totum Regnum DEUS puniat pro tantis temerarijs ausibus: inhibemus omnibus & singulis tam Judicibus sæcularibus, quàm Instigatoribus, sive quibusvis delatoribus, sub pæna excommunicationis & alijs pænis, ne se ingerant in talia Judicia sine scitu nostro vel Officij nostri. Nos enim obligationis nostræ memores, ad delationem talium criminum Commissarios Nostros Theologos, Jurisperitos & medicinæ non ignaros ex Officio nostro deputabimus, ad inquirenda motiva & fundamenta accusationum, & opportunas inquisitiones. Qui quod justitiæ fuerit, discernent, & si opus fuerit Judicio sæculari prudenti & docto negotium relinquere poterunt pro ulteriori processu. Contrarium facientes & præsenti decretoSynodali non obedientes, non solùm Officij nostri pænas non evitabunt, sed etiam indi-

indignationem DEI incurrent, pœnam quoquè publicam juxta Reſcriptum Sereniſſimi Regis Noſtri Auguſti feliciter Regnantis Anno Domini 1703. datum, & in Diæceſi Vladiſlavienſi publicatum, inhibendo quibusvis Judicijs Civitatenſibus ſub pœna mille Hungaricalium, Villanis verò, ſub pœna Capitis, ne ſine ſcitu Officij Spiritualis audeant judicare cauſas ſagarum; Quod Parochi ſæpiùs parochianis ſuis inſinuabunt, & erunt attenti, ut talia non fiant, & ſi fieri contingat, Nobis ſeu Officio noſtro deferant

In Catechiſmo quoq; doceant populum qualiter debeant vitare quasvis divinationes, vanas obſervationes, & vel minimas ſuperſtitiones, ne ſenſim ad maleficia deſcendant: & quàm primū vel minimū, quid parentes animadverterint filios & filias puniant. Ipſi etiam parentes præeant bono exemplo infantibus, doceántque ipſos ante omnia amorem & timorem DEI, nihilque ſine permiſſione DEI nobis accidere poſſe, & quidquid DEUS permittit, hoc totum fieri in pœnam peccatorum, vel in probationem virtutis & patientiæ. Item inſtruant illos quod non debeamus noſtris modis agendi confidere, ſed magis meritis Chriſti & interceſſioni Beatiſſimæ M.V. ac omnium SS. tum etiam Angelorum Cuſtodum, illorum patrocinium invocando: tum ad repellenda & evitanda maleficia rebus benedictis, aqvâ, herbis, Cereo Paſchali, Ramis palmarum & reliquijs Sanctorum devotè utendo.

Quodſi

Quodſi ipſi Parentes fuerint ſuperſtitionibus addicti, vel maximè fæminæ ſenes, eas Parochi corrigent & tandem Decano loci vel Officio Noſtro deferent, ut in herba malum ſupprimatur.

CAPUT XXXII.
De Judæis.

PErfida Gens Judæorum inveterato contra Dominum Salvatorem Noſtrum flagrans odio, Chriſtiano nomini ſemper inimiciſſima, quantò ſeveriùs Jure Canonico, & Civili Regni Noſtri circumſcribitur, tantò plùs ſibi licere præſumit, & innixa protectionibus omnia contemnit; & nihil inviolatum relinquit, ut jam non ſolùm uſuris injuſtis homines depauperare, aſtutijs publicum ærarium defraudare, telonijs quibuscunque ſeſe immiſcere, per mercaturas rerum pretioſarum, per venditiones Carnium & eſculentorum, per propinationes liquorum, per Arendas Braxatoriorum, hoſpitiorum publicorum, imò aliquando & bonorum, Catholicis vivendi modum impedire; ſed Superioritatem in illos arrogare non vereatur, & dum jam totã Ruſſiam inundavit, etiam per majorem Poloniam plùs ultra ſerpit, ipſamque Maſoviam, à tali fece olim liberam inficere intendit. Proinde qui Chriſti cultor eſt, qui publicum bonum curat, qui honeſtatem amat, cui honor nominis Chriſtiani cordi eſt, præ-

 miſſa

miſſa non permittat, imò impediat, eandemque inimicam Nomini Chriſtiano Gentem caveat, & ab ipſa carnes & alia comeſtibilia, ac potabilia non emat, nec merces (quæ à Catholicis acquiri poſſunt) Braxatoria, Hoſpitia, & bona non arendet, imò ab hac Provincia omni poſſibili modo arceat, & arceri curet, ne favendo Judæis & præferendo illos Catholicis ob lucrum temporale Chriſtum quem fide colit, blaſphemari ipſo facto permittere videatur, & ita indignum ſe faciat, ut invocetur nomen Domini ſuper ipſum, aut aliquam benedictionem pro ſe & filijs ſuis obtineat. Interim.

Pro faciliori uniuscujusq; notitia aliqua Excerpta ex lege Canonica & Civili, ac præcipuè Regni hujus de Judæis hic appoſita ſæpiùs legi & obſervari volumus.

Ex Lege Canonica.

Nō poteſt permitti Iudæis, ut Synagogas novas ædificēt

1. *POteſt quidem Judæis interveniente Ordinariorum facultate permitti, ut veteres Synagogas, ab antiquis temporibus obtentas, reſtaurent; non tamen ut novas, præſertim ex muro ædificent; vel altiores ampliorésque, reddant. Qui in una Civitate vel Oppido unicam tantùm habeant Synagogam.* Cap: Conſuluiſti. De Judæis. Cap: Judæi. hoc tit:

Nō plures quã una Synagoga poteſt tolerari

2do. Sacri Canones ſpecialiter, & quidem ſub pæna Excommunicationis inter

interdicunt: *Ne aliquis Christianus, in eadem domo cum Judæo habitet, ne Judæo medico utatur: ne Judæorum Azyma comedat, & in eodem cum illis convivio vel balneo, versetur: ne quisquam Christianorum, Judæo continuò serviat, nisi locando operas ad modicum tempus; unde nec servos, nec ancillas Christianas, die noctuq́ʒ, in suis domibus vel servitijs Judæi detinere possunt; Item ne nutrices Christianæ nutriant Judæorum infantes, & è converso. Quod etiam intelligendum ex pari ratione, de obstetricibus Judæorum.* Cap. 1. & 2. Item Cap: ad hæc, & consuluisti, & alijs eodem. Item eodem tit: cap: 13. de nutricibus. *Accepimus autem quod Judæi faciunt Christianas filiorum suorum Nutrices, & (quòd non tantùm dicere, sed etiam nefandum est cogitare) cùm in die Resurrectionis Dominicæ illis recipere corpus & Sanguinem JESV Christi contingit, per triduum, antequã eos lactent, lac effundere faciunt in latrinam. Alia insuper contra fidem Catholicam detestabilia, & inaudita committunt, propter quæ fidelibus est verendum, ne Divinam indignationem incurrant, cum eos perpetrare patiuntur indignè, quæ fidei nostræ confusionem inducunt. Inhibemus ergo districtè, ne de cætero nutrices, vel servientes habeant Christianos, ne filij liberæ, filijs famulentur ancillæ, sed tan-*

Sub Excõmunicatione prohibetur Christianis cũ Iudæis cõmunicatio, vel illis servitiũ aliquod præstãdũ.

Nutrices Christianas habere non possunt.

Iudæi sunt à Deo reprobati.

quam servi à Domino reprobati, in cujus mortem nequiter conjurarunt, se saltem per effectum operis recognoscant servos illorum, quos Christi mors liberos, & illos servos effecit. Si verò nutrices, & servientes non dimiserint Christianos, sub excommunicationis pœna inhibeatis districtè omnibus Christianis, ne cum eis commercium aliquod audeant exercere. Hucusque textus Juris Canonici.

Sub excõmunicatione prohibetur Christianis cõmerciũ cũ Iudæis, nutrices & servientes Christianas nõ dimittẽtibus.

Ratio autem horum omnium est; ne fortè eò faciliùs populus Christianus à cohabitantium Judæorum superstitionibus, infascinationibus, & pravis moribus inficiatur, atque ad conservandam Christianæ Religionis puritatem, & præcavendum perversionis periculum.

Superstitiões, infascinatiões, ac pravi mores Iudæorum præcavẽtur.

3tio. Præterea ut inter Christianos & Judæos, etiam in vestitu sit distinctio, atque Christiani sic faciliùs evitent Judæos, mandavit Inocentius III. *Quòd Judæi utriusque sexûs in terris Christianorum debeant uti habitu, per quem à Christianis discernantur: & quòd illis diebus, quibus singulariter celebratur memoria Dominicæ Passionis, non debeant in publicum prodire.* c. In nonnullis.

Iudæorũ habitus debet esse distinctus à christianis.

410.

4to. Ex dispositione quoque Juris Canonici c. *Quia.* 4. tit: de Judæis *statutum est, ut Judæi ostia vel fenestras in die Parasceves aperta non habeant, sed clausa teneant totâ die.* Idem in c. 15. eodem titulo statuitur.

Die Parasceves ostia & fenestras claudere debent.

5to. *Non potest quoque, etiam à Principe Judæis concedi, Officium, vel Jurisdictio aliqua in Christianos:* quia istud utroque jure prohibetur, c. Cum sit. hoc tit: Et C. L: ult. de Judæis.

Nullū Officium vel Iurisdictio Iudæis cōcedi potest in Christianos, etiam à Principe.

6to. *Nemini Judæorum licet Christianum servum vel mancipium possidere, & si quos habeant, dimittere & libertate donare adigantur.* c. 1. & 2. hoc tit.

Nullus Iudæus potest habere servū christianū aut mancipiū.

7mo. Paulus III. Pontifex Max: ut refert Ludovicus Engel in Colleg: Univ: Juris Canon: hoc titulo statuit: *ut filij filiæque familias Judæorum, ad sanctam Fidem Catholicam conversi, hoc ipso sint liberi à Patria potestate, & omnia bona sibi competentia, ac prius à Patre possessa, etiam invitis Parentibus tenere, & possidere valeant, atque, ad omnia jura successionis pertineant, nec ullatenùs exhæreditari possint.*

Conversi. Iudæi sūt liberi à Patria potestate, & omnia bona Paterna etiā invitis Parētibus possidere possūt, atq; jure successionis gaudēt, neq; exhæreditari possūt.

 Ex

Ex Constitutionibus Provincialibus.

Sub excõmuni catione prohibetur, ne Christiani cũ Iudæis mãducent, bibãt, & nuptijs illorũ intersint

I. *OMnibus Christianis hujus Provinciæ* (textus est Constitutionis) *sub pæna excommunicationis districtiùs inhibemus, ne Judæos, vel Judæas secum ad convivandum recipiant, vel cum eis manducare vel bibere præsumant, aut etiam cum ipsis in Nuptijs suis, vel Neomenijs, saltare vel tripudiare præsumant; ne Christiani carnes venales, seu alia cibaria à Judæis emant: ne fortè per hoc Judæi Christianos, quos hostes suos reputant, fraudulentâ machinatione veneneent. Adijcientes, ut si de cætero quocunq; prætextu, Judæi à Christianis graves, seu non moderatas usuras extorserint, Christianorum commercium eis subtrahatur, donec de immoderato gravamine satisfecerint competenter: Vnde Christiani, si opus fuerit per censuram Ecclesiasticam compellantur, ab eorum commercijs abstinere. Principibus autem injungimus, ut propter hoc Christianis non sint infensi, sed potiùs â tanto gravamine Judæos studeant cohibere.* Const: Provinc. lib. 4. de Judæis.

Carnes vẽales nõ emãt Cristiani à Iudæis.

Vsuras à Christianis Iudæi nõ extorqueãt

Christiani non habitent misti Iudæis.

2do. *Districtè præcipimus, ut Judæi inter Christianos permixti non habitent; sed in aliquo sequestrato Civitatis loco vel villæ,* domos

domos suas sibi contiguas, sive conjunctas habeant, ita, quòd à communi habitatione Christianorum, septô, muro, vel fossato, Judæorum habitatio separetur. Præcipimus autem, ut per Episcopum Diæcesanum, & per Dominum temporalem, tam Christiani, quam Judæi, quorum domus intermixtæ sunt, ad venditionem, seu permutationem earum, ad arbitrium bonorum Virorum, censura, quâ convenit compellantur. C. Judæi 2. ex t. eodem.

Quòd licet Judæi permittantur Synagogas collapsas, & ruinam minantes restaurare, non tamen ampliores, & pretiosiores facere, & exaltare, nec antiquas funditùs dirutas, in locis ubi antiquæ fuerant ædificare. Quia res semel destructa si reficiatur, non dicitur eadem, sed nova & diversa. Idem dicit Barbossa in Commentarijs ad dicta Capitula, atque illud verbum *reædificare*; accipiunt pro restaurare: quos vide, & præcipuè Formosinum

Collapsas Synagogas reædificare nõ possũt.

Judæos de novo construere Synagogas ubi non habuerint pati non debes. Conc. Latera: 3. in appendice part. 5. c.36. de Judæis &c. cap. Consul. *Synagogam novam non erigant, & si quas erexerint eas removeant, aut deponant; vetustam si opus fuerit, reficiant, non ampliorem, pretiosiorem, seu etiam altiorem: Carnes in quadrage-*

Nec novas construere.

Permittentes sũt excõmunicati. Et si eas faciũt statim diruant.

sima,

Carnes in quadragesima publice non deportēt.

Episcopi hoc observari curēt

sima, quando Christiani à carnibus abstinent & jejunant apertè vel publicè non deportent. Præcipimus autē Episcopis ut ad hæc omnia observanda, in singulis articulis Judæos per abstractionem communionis Christianorum compellant. Conc: Viennen. Provinciale. & de Judæis cap. Consulu:

Iudæos defendēs per mūera, est anathema.

Multi quippe hucusque ex Sacerdotibus atque Lajcis accipientes à Judæis munera, perfidiam eorum patrocinio suo fovebant. Quicunque igitur deinceps, Episcopus, sive Clericus, sive sæcularis, illis contra fidem Christianam suffragium vel munere vel favore præstiterit, verè ut profanus & sacrilegus anathema effectus ab Ecclesia Catholica, & Regno DEI efficiatur extraneus: quia dignum est ut à corpore Christi separetur, qui inimicis Christi Patronus efficitur. Con. Toletan. 4. cap. 58.

Dū Encharistia defertur ad infirmos Iudæi audito sonituse in domos suas recipiāt, fenestras & ostia claudāt.

3tio. Interim autem si Sacramentum Altaris, ante domos Judæorum deferri contingat, ipsi Judæi audito sonitu quàm primùm intra domos suas se recipiant, & fenestras ac ostia sua claudant. Const: Prov: Gnes: lib: 4. de Judæis

Iudæi occupantes loca in quibus Christiani habitare possēt solvant Parocho juxta quātitatē damni.

Item præcipimus, ut Judæi Sacerdoti Parochiali, intra cujus Parochiæ terminos manserint, pro eo, quod loca, in quibus Christiani habitare deberent, occupant juxta quantitatem damni, quod ei ex hoc inferunt, ad arbitrium Diæcesani loci, omnes proventus refundere compellantur. Ibid:

410. *Probibemus etiam ne ſtubas & balnea Chriſtianorum frequentent, nec ancillas aut nutrices, quæcunque mancipia, die noctuque in ſuis domibus retinere præſumant: nec ad recipiendum telonium, ſeu aliud publicum officium, aliquatenùs aſſumantur.* * Item. *Vt omnis Judæus diebus Dominicis, & feſtis ab opere ceſſet.* Conc. Tol: 12. Cap: 9. Balnea Chriſtianorũ nõ frequentent, ſervos nec ancillas Chriſtianas habeant, ad recipiendũ teloniũ, vel alia publica Officia nõ admittãtur. * Iudæi non poſsũt laborare diebus Dominicis & feſtis Chriſtianorũ.

Item *hoc ante omnia decretum eſt, ut Judæis non liceat corpus defuncti deducere pſallendo, ſed ut eorum habuit mos, & conſuetudo antiqua, corpus deducant, & deponant.* Conc: Narbonen: cap. 9. Iudæi non poſſunt ſepelire mortuos pſallendo.

Ex Statutis & Conſtitutionibus Regni Poloniæ.

1mo. *PErverſa Judaica perfidia cùm ſemper ſit, & eſt, Chriſtianis contraria, & inimica, & non ſolùm in fide & in corpore, verùm etiam in direptione bonorum, & facultatum attrectatione, quam ſtudioſiſſimè intendit.* Ita Divus Vladiſlaus Jagello, Fundator Epiſcopatûs Chelmenſis pijſſimus, compendiosè nobis refert malitiam & perverſitatem Judæorum, in ſua Statuto Cracoviæ Anno Domini 1420. Iudæi sũt perverſi & Chriſtianis inimici.

M 2do.

2do. *Judæi fidei nostræ Christianæ veri inimici*, inquit Casimirus Magnus, in confirmatione Privilegij libertatis & juris Judæorum. Cracoviæ Anno Domini 1343.

Id intendunt, ut Christianorũ bona & divitias diripiant.

3tio. *Judaicæ pravitatis intentio, super hoc versatur, ut Christianorum bona & divitias semper deprimant & evellant.* Idem ibidem.

Nullus in dõo Iudæi hospitetur.

4to. *Nullum volumus in domo Judæi hospitari.* Idem ibidem.

Telonijs non præficiãtur, nec ullis honoribus, aut officijs inter Christianos fungantur.

5to. *Statuimus inviolabiliter observandum, Judæos telonijs quibuscunque præfici non debere, nec posse: indignum & Juri Divino contrarium censentes; ejus generis homines, aliquibus honoribus, & officijs inter Christianos fungi debere:* Ita statuit Sigismumdus I. Cracoviæ Anno Domini. 1538.

Salisfodinas & tabernas non teneant.

6to. *Judæi ut nulla telonia, metallorum, salisq; fodinas, sed neq; tabernas in Regno teneant, tam suo, quam alieno nomine;* prohibuit Sigismundus August: sub pæna Statuti Sigismundi primi. Cracoviæ Anno Domini 1538.

Non habeant liberam mercandi in omnibus rebus facultatem.

7mo. *Volumus præterea, ut Iudæi non habeant, liberam mercandi in omnibus rebus facultatem, sed modum per nos statuendum in mercimonijs, ad victum quærendum, ubiq; in Regno nostro teneant*

Sigis-,

Sigiſmundus Primus Anno Domini 1538. & Sigiſmundus Auguſtus Petricoviæ 1562 & iterùm Anno Domini 1567.

8vo. *Item cum Chriſtianis jura Regni, mercaturas & fora in villis facere, prohibeant; multò minùs hoc Judæis licere cenſemus, imò ſub graviſſimis pœnis, nè talia audeant, interdicimus eis & prohibemus, ſub amiſſione rerum omnium juxta ſtatutum antiquum, confiſcandarum.* Sigiſmundus I. Petricoviæ Anno Domini 1538.

In villis mercaturas & fora nõ exerceant, ſub amiſſione rerũ omnium.

9no. In Conſtitutione Anni 1562. fol- 28. Cautum eſt: *ne Judæi mercaturas contra pacta cum ciuitatibus inita exerceant.* Juxta ſtatutum Anni 1538. fol: 84. *Nec Salisfodinas vel alias telonia & alias tenutas per arendam teneant.*

Salisfodinas, telonia, tenutas, per arendã non licet tenere Iudæis.

10mo. In Conſtitutione Anni 1567. fol 131. Cautum eſt: *ne Judæi contra pacta cum Civitatibus inita audeant mercaturas exercere. Telonia, Salisfodinas, Cauponas, & alia Bona in Regno, neq; nomine ſuo, neque alterius teneant ſub pæna in ſtatuto Sigiſmundi, ejusdem Anni* 1538. expreſſa.

Item cauponas nec ulla bona, ſive ſuo ſive alieno nomine.

11mo. *Nullus Judæus audeat Chriſtianum utriusq; ſexûs pro ſervitore continuò in domo ſua tenere, idq;, ſub pœna centum marcarum contra Judæum, carceris verò contra Chriſtianum, quod in omnibus Civi-*

Chriſtianũ ſervum utriusq; ſexûs prohibẽtur habere Iudæi, ſub pæna centũ marcarũ in Iu-

dæos, carceris verò in Christianos.

tatibus & Oppidis omnino servetur, Capitaneis & Consulibus mandat Sigismundus Augustus in sua Constitutione Petricoviæ Anno Domini 1562.

Iudæi conversi ad fidem gaudent Iure nobilium.

12mo. *Judæi utriusq; sexûs ad fidem Christianam conversi libertatibus & prærogativis nobilium gaudent & proles illorum.* In Constit. Reg. Anno Domini. 1567. fol: 131.

Iudæi non habent locum in Ducatu Mazoviæ.

13. Antiquis legibus Masoviæ non licet Judæis in hoc Ducatu manere, sed tanquam exules habendi sunt. Quod novissimè confirmatum est per Laudum Terræ Varsaviensis Feriâ 3. post Dominicam *Cantate* proximâ Anno Domini 1720. Cujus tenor est talis. *Reassumimus Decreta Ducum, & Excepta Ducatûs Masoviæ: quæ si Acatholicos, eò magis infideles Judæos, de toto Ducatu nostro Masoviæ volunt fieri exules. Et nos quoque intra limites Terræ nostræ volentes id Sacrosanctè observare, eam ipsam legem manutenemus, Judæosque ex omnibus Bonis in Terra nostra consistentibus, etiam è Civitate Varsaviensi suis cum circumferentijs pro exulibus declaramus, eosque non ulteriùs apud nos pati spondemus. Qui verò in spatio decursûs temporis ad Festum Sancti Joannis Baptistæ proximè futurum*

cos-

eosdem à se non amoverit: tunc quilibet Bonorum Possessor huic Laudo refractarius ad instantiam cujusvis Terrigenæ Possessionati, imò etiam non possessionati seu Instigatoris Officij Castrensis, in Castro præsenti statim ibidem in Judicijs pro S. Joanne fieri solitis respondere, & pænis Juris arbitrarijs subjacere tenebitur.

1410. Alia multa lauda & Decreta in hac materia videre licet in Actis Castrensibus Terrarum Masoviæ; & recentissimè in CastroCiechanoviensi 1717. Feriâ 2dâ ante Festum S. Michaëlis pro amovendo Judæo à taberna. Item ibidem 1718. Fer. 2dâ. post Dom. *Conductûs* Paschæ proximâ, de relegando Judæo arendatore de Bonis Rembielinko.

Per Decreta amoventur in Terra Ciechanoviẽsi à tabernis, arendis, &c.

CAPUT XXXIII.
De Judicibus, Conservatoribus, & Examinatoribus Synodalibus.

Judices Synodales.

QUibus causæ Ecclesiasticæ ac Spirituales in hac Diœcesi Posnaniensi à sede Apostolica juxta

 Con-

Concilij Tridentini dispositionem committantur, electi & deputati sunt infrascripti.

In Majori Polonia.

PP. & AA. RR. DD. Stanislaus Kierski, Decanus, Wilxycki Archidiaconus, Posnanienses, Franciscus Mierzejewski Archidiaconus Szremensis, Franciscus Kaznowski Archidiaconus Psczevensis, Joannes Iwanski Cancellarius, Prælati. Carolus Poninski, Franciscus Wolinski, JUD. Franciscus Libowicz, J. V. D. Franciscus Racięski, Adalbertus Wasnievicz, Canonici Cathedrales Posnanienses. Podolec Canonicus Livoniæ, Decanus Czarnkoviensis.

In Masovia.

Illustrissimus, PP. AA. RR. DD. Adamus Rostkowski, Suffraganeus Luceoriensis, Præpositus. *Franciscus* Kobielski, Præpositus Cracoviensis, Decanus. Michàél Węzyk, Archidiaconus. Bernardus Gozdzki, Cantor Posnaniensis, Custos. Nicolaus Wyżycki, Canonicus Chełmensis, Scholasticus, *Prælati*. Franciscus Wysocki, Præpositus Culmensis, Canonicus, Michael Woliński, Decanus Chijoviensis, *Canonici* Varsavienses.

Conser-

Conservatores pro Regularibus.

Præter eos, quos sibi Regulares, è numero Judicum præfatorum assumere possunt, hi etiam destinantur.

In Majori Polonia.

PP. AA. RR. DD. Opaliński, Custos, Valentinus Czapski, Scholasticus. Breza, Michaël Rayski, Dobrzycki, Antonius Łayszczewski. Canonici Posnanienses. Zaręba, Canonicus Livoniæ, Aloysius Duński Canonicus Piltinensis, Præpositus Bukoviensis.

In Masovia.

PP.RR.DD. Andreas Wierzbowski Cantor, Joannes Humanski, Nicodemus Parol, Martinus Zeromski, Canonicus Vladislaviensis. Gabriel de Saint Germain. Adamus Stadnicki, Canonici Varsavienses.

Examinatores Synodales.

In Majori Polonia.

PP. II. & AA. RR. DD. Franciscus Kaznowski Archidiaconus Pszczevensis, Franciscus Wolinski,

linſki J. U.D. Adalbertus Waſniewicz. M.D. Franciſcus Libowicz J. U. D. Canonici Poſnanienſes. Simon Woſinſki, J.U.D. Canonic. Coll. Cracov. S. Michàël. Præpoſitus Kośćianenſis. Staniſlaus Rudnicki, Gniadkiewicz, Canonici in Summo, Pænitentiarij Cathed. Poſnanien. Godlewſki Director Academiæ Poſnanienſis. AA. RR. PP. Szymonſki Theologus, Soc. JESU.

In Maſovia.

PP. AA. RR: DD. Michàël Wężyk, Archidiaconus. Michàël Fortunſki, Cancellarius. Joannes Bugayſki, Canonicus Łancicienſis. Nicolaus Zachniewicz, Parochus B. M. V. N. C. V. Canonici Varſavienſes. Gregorius Giżycki, Regens Seminarij ad Collegiatam Varſavienſem. Joannes Antonius Fabri, Congreg. Miſſion. Præpoſitus S. Crucis. AA. RR. PP. Cajetanus Bellaviti, Cleric. Reg. Theatin. Petrus Drogoſzewſki, Ordin. Prædic. S. Theol: Doct: Prior. Adamus Delamars, S.T. D. Soc: JESU. Damianus à Purific: B. V. M. Scholar: Piarum Rector. Innocentius Pokorſki, Ord. S. Pauli Primi Erem. Prior S. Spiritûs. Nicolaus Wodziński, Ord. S. Auguſt: S. T. D. Prior, Marchacz Ord. Præd: Congreg: S. Ludov. Bert. Prior. Bonaventura Gierakowſki, S. T. D. Ordin. Min: S. Franciſci Conventual. Collegiorum & Conventuum Varſavienſium.

CAPUT

CAPUT XXXIV.

De executione in præſenti Synodo ſtatutorum, & de modo expediendarum Congregationum Decanalium.

NE quis ignorantiâ craſsâ velit ſe excuſare ab obſervantia & executione ſtatutorũ præſentis Synodi, ſeriò præcipimus, ut quilibet beneficiatus librum ejusdem Synodi habeat, quem ſæpiùs legat, & pro Inventario ſui beneficij inſcribat, ne pereat, ſub pæna ſex Marcarum pro Hoſpitali pauperum Sacerdotum applicanda, & per Decanos exequenda; omnia quoquè Capitula & Conventus in ſuis archivis ſive bibliothecis illum conſervent, & in loco omnibus patenti exponant, ut eò facilior cuique pateat occaſio legendi, & iteratis vicibus revidendi exequendique, quæ ſtatuuntur ad majorem DEI Gloriam. Deinde in primis Capitulis Canonicorum, & Collegiorum, ac primis Congregationibus Decanalibus totus liber Synodi, in ſequentibus verò Capitulis & Congregationibus aliquot capita (quâlibet vice, relictâ ad marginem notâ, ubi ceſſatum fuerit) legantur.

Caput verò de Hæreticis ſaltim ſummariè, videlicet ad marginẽ adnotata, tũ & de Doctrina Chriſtiana, ac de Ordine Divinorum officiorum legere nunquam omittant ante omnia negotia. Ne verò

N aliquan-

aliquando in Congregationibus Decanalibus adſit occaſio, brevitate temporis excuſare negligentiam lectionis hujus Synodi; ſtatuimus: ut Congregationes Decanales horâ, mediâ Septimâ inchoentur ab Officio Defunctorum unius Nocturni cum laudibus, quo tempore miſſa lecta de Requiem abſolvetur, & ſtatim alia miſſa de Spiritu Sancto incipiet; ſub qua cantabuntur Litaniæ: poſt Miſſam fiet concio per mediam horam: poſtea cantabitur *Veni Creator* pro inchoanda Congregatione. Tandẽ mediâ ad nonam Actũ Congregationis incipiet Decanus, præſentes connotabit, abſentium excuſationes ponderabit, & ſi opus fuerit, pænam quinque marcarũ contra illos publicabit.

2do. Synodum, ut ſupra, perleget. *3tio.* Interrogabit, utrum in omnibus ſatisfiat diſpoſitioni Synodi, de Doctrina Chriſtiana, De Ordine Divinorum officiorum, & de honeſta habitatione Cleri? tum etiam de Hæreticis, an plantantur alicubi de novo, & ſcholas inſtituunt? vel an cum illis pacta ineunt Parochi contra præſcriptum Canonum & hujus Synodi? &c. &c. prout in Capite *De Hæreticis* versùs finem.

4to. Correctionem fraternam more ſolito, & in Capitulo Cathedrali obſervato, non intermittet.

5to. De ſcandalis in parochijs inquiret, de Concubinarijs, de ſuperſtitionibus, maleficijs. &c.

6to. Reſolutionem quæſtionum perlegent, vel memoriter recitabunt, illi, quos Decanus nominaverit ad reſolvendum, & ab alijs deciſiones quæſtionũ recipiet ad Officium remittendas.

7mo.

7mo. Ad ærarium publicum compositio fiet.

8vo. Provisores bonæ æconomiæ, & boni regiminis, relationem suarum revisionum facient, & deferent; juxta quas relationes, Decanus cum Consiliarijs, & cum ijsdem Provisoribus, negligentes corriget; monendo sive puniendo pænâ aliquot Marcarum, & tandem in casu non emendationis ad Officiũ cum parato processu & cum voto remittet.

Quodsi hæc omnia expediri ante meridiem non poterunt, post prandiũ differantur, quod parcum erit, nec ultra mediam horam, vel ad summum tres quadrantes durare debebit cum lectione Spirituali, sine dispensatione silentij.

Finitâ Congregatione, omnes in Ecclesia coram SS. Sacramento peragent solitas orationes, & quisque domum revertetur cum omni modestia.

ORATIO
IN CONCLUSIONE SYNODI DIÆCESIS POSNANIENSIS.
P E R
PERILLVSTREM ADMODVM R. D.
JOANNEM ALOYSIUM HUMANSKI,
Canonicum Varſavienſem Die 28. Februarij, Anno 1720. Varſaviæ dicta.

CVm inimica publicæ felicitati Sors deplorando Regni Noſtri fato debitum pro Comitiorũ coronide, ob rupta Conſilia, Eucha-riſticon decantare Altiſſimo in hac Baſilica non permiſerit; en ecce fauſtiùs, alia, Conſiliorum ſublimitate profunda, Tractatuum varietate erudita, Conſtitutionum delectu Sancta, Cleri numerosè compa-rentis fortunato congreſſu ſplendida, placuit redordiri Comitia. Illa, Coronatus Sereniſſimi Regnantis Favor indixerat; Hæc, ſavens nobis florum & animorum Regina, ut curramus in odorem ſvavitatis, Szembekia Roſa *in-timavit. Illis, Mareſchalcus Scipio liberas diſpenſaverat voces; His, vox Clamantis in deſerto Joannes, harum Tutelaris Ædium, labia omnium pro Eccleſiæ ſolvit liber-tate. Illa, triplex Reipublicæ Ordo adornaverat; Hæc, ternus Spiritualium Status adimplet, ubi & Præſulea Majeſtas, & Magna Prælatorum Nomina, & reliquus minoris ſubſellij Clerus, hujus loci coarctat Amplitudinem.*

Vere

Verè cernitur Cætus Nobilis, & *Consessus nullis sat laudandus vocibus, qualem nec inter purpureos Antiquioris Romæ Patres, Epirotharum Nuntius potuit vidisse Cyneas. Primus Spectatores incurris oculos* Excellentissime Illustrissime ac Reverendissime Antistes, *hujus Sacri Arbiter Authorq; Senatûs. Forsan illâ ad Philippum quondam* (Tibi in media Urbe, tanquam in Eremo vivendum) *voce directâ instructus, ad hanc Nos Vrbem, plenam populo, Vrbem Orbis Poloni vix non primam invitatos, Pastorali Solicitudine, quasi in solitudinem duxisti, ut ad Cor nostrum verba Salutis loquaris. Solitudinem dixi, tum quòd domus Joannis sit, primi Solitudinis incolæ, tùm quòd Majoribus Coronandus Tyaris, illam, desertum quoddam efficis, deserendo. Paradisum tamen, & hortum voluptatis dixisse debueram, postquam inter Martias brumæ sævientis ferias, flores apparuerunt in terra nostra*, Gentilitiæ Domus Tuæ, Rosæ *ut ex illis velut Hymettiæ apes mella virtutum sugamus. Rubent purpureis coloribûs, Sangvine in Campo Martiali, multoties conspersæ, suum attamen retinent Candorem, nam, cur hactenus erubescant in nobis, non invenerunt. Quis unquã negabit Rosas Tuas cedere in coronã Regis Regũ, abire in Sertum Sponsæ Ecclesiæ, dare fructus honoris & honestatis Patriæ, Spirare frangrantiã probitatis populo. His itaq; stipati floribus in Vinea Christi laborantes minimè langvescimus, quin sub Roseo Præsule florentes vivimus annos.*

Auges tanti Consessûs gloriam, Illustrissime ac Reverendissime Nominate, *Præposite & Præses Capituli Cathedræ Posnaniensis, qui dum ad ejus ascensum,*

Genti-

Gentilitiâ Securi, *Securos Tibi exſcindis gradus*, *jam nobis fabricam gloriæ*, *ædificium Salutis erigere inchoaſti*. *Epiſtola Paſtoralis verba vitæ æternæ habens*, Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Prædeceſſoris, Bartholomei Michaëlis Tarło, *nonne vivum præſtat teſtimonium*, *quòd* Illuſtriſſimæ Domûs Tuæ *Aſcia*, *otii nunquam neſcia*. *Ille etenim Salutis animarum Zelator*, *legum Eccleſiaſticarum defenſor indefeſſus*, *hâc gentilitiâ Securi per totum vitæ ſuæ curſum*, *errata corrigebat*, *collapſa erigebat*, *ruitura conſolidabat*, *ruinata reſtaurabat*, *extirpabat vitia*: *ut plantaſſet virtutes*, *non contentus fuerat ſe bonũ eſſe*, *niſi alios*, *nî impoſſibilitas obſtaret*, *faceret meliores*. *Et licet jam congruos Naturæ ſuæ reſolutus in Cineres*, *in Te nihilominus* Illuſtriſſime Nominate, *vivit immortalis*. *Si nos Pithagoræ non fallunt dogmata*, *in Auguſtum Animi Tui domicilium*, *illius Genium dicemus immigraſſe*, *Idem es Florentiſſimo Sangvine*, *Idem in DEVM pietate*, *in Majeſtatem fide*, *in Cives amore*, *in gregem Domini Paſtorali vigilantiâ*, *& ſolâ temporum fortunâ tanto Prædeceſſore poſterior*. *Purpurâ & infulis decoras illius virtutes*, *ita vivis ad amuſſim refers coloribus*, *ut ſi eum pictoria Tymantis Seta*, *ſuccedaneis vellet adumbrare ſæculis*, *ex Te Idæam ſumeret & exemplar*. *Fatentur id Prælatorum Gemmæ*, *Diæceſis ſidera*, *Virtutum ſoles*, *grandes Cathedræ Poſnanienſis Animæ*, *& talem ſibi gratulantur Præpoſitum & Præſidem*, *brevi etiam Paſtorem*, *& Præſulem gratulabuntur*. *Non timent adverſantis fortunæ aſſultus*, *qui a ſupra geminã benè fundati Petrã*, *ubi Stemmatico Capituli ſui Petro etiam Te cognominem venerantur* Petrum.

Et jam

Et jam utriusq; clavibus, fortunæ Sacrarium, Gloriæ aperiunt Capitolium.

Corusca magis meritorum, quàm præmiorum luce serenas hunc congressum Illustrissime & Reverendissime Domine, Luceoriensis Suffraganee, *& simul soleatâ Tuâ Cruce, ex tot Ecclesiarum gemmis compositam adornas Coronam; Nemo non fatebitur, quod omnes difficultatum phalanges, in hoc Avitæ Crucis Tuæ Signo, novus extra Romam vincis Constantinus. Vicesgerens, vitia geri non es passus, visitatorem agens, fulgente instar Solis soleâ Tuâ cum omni solertia, quis in Sacris nitor? qui in plebe mores? quæ in Clero modestia? quæ Divinarum Legum observantia? seriâ quærebas indagine, ac sic ipse probus, multorum improbitati obviasti.*

Infers tecum non tantùm Infulatum mitrâ Abbatiali Caput, Perillustris & Reverendissime Domine Lubinensis Prælate, *Sed simul Consangvineo* Rozrażewijs *adstrictam nexu* Joannis III. *Majestatem, & totum fere Polonum Orbem. Nullus enim in Senatu Lechiæ rubescit murex, qui Tuo Sangvine non tingatur, nulla Pontificum Infula, quam erythreis pretiosior Margaritis, tui Sangvinis non exornet unio, nulla videtur Curulis, quæ veriùs, quàm aurea trypus Apollinis, de hoc profluvio non enatavit.*

Augetis Synodi præsentis decus. Capite Joannis *insigniti Capitulares Varsavienses, sub Roseto* Kobielsciorum, *in æstu umbram, in adversis præsidium sub suo Præside habentes. A Ducibus Masoviæ, Duces Christianæ militiæ præfecti, & in gerendo bella Domini perfectis-*

sectissimi, Joannis pro avito Stemmate præfertis Caput in disco; ut discat Orbis Capita vestra gratijs Regum & Præsulum esse coronanda.

Ingens etiam vos affertis pondus, & valorem moderno Congressui, gloriosa pietate, Scientiâ, & Pastorali vigilantiâ, Decanorum Curatorumq; Nomina. Verùm quidem est, quod vobis tenuem Beneficia in hac Diœcesi concedant censum; attamen mens & animus quibusvis Midæ ærarijs ditiores vobis gazas subministrat.

Quid igitur ex tanto (prout supra diximus) concursu Syderum augurari licet? nisi beneficos influxus Sanctimoniæ: quid ex tot Magnorum Conjunctione Numinum ominari Christianus Orbis potest? nisi publicæ felicitatis incrementa.

Sic jam absq; ulla hæsitatione sperare Nos jubent hujus instituta Synodi, qualia nec Lycurgus Athenis, nec Zeleucus Locrensibus, nec Romulus Latio potuit præscripsisse. Nullum hic legitur jota; quod altissimæ apex non fuerit probitatis. Nulla legitur periodus, quæ punctum virtutis non attingat. Nulla videtur Linea, quæ ad regulam morum ad amussim Conscientiæ non sit recta.

Recessus à curis & vanitatibus Sæculi nobis præscribitur, quid Convenientius? Semel exivimus de Sodoma; jam amplius eam cum uxore Loth, aspicere non debemus, ne in Statuam salis convertamur. Semel manum misimus ad Aratrum; jam retrò respicere prohibemur, ne inepti ad Regnum DEI efficiamur. Semel de Pharaonis servitute, ad libertatem Filiorum DEI vocati sumus, jam ad Cepas & allium Ægypti vetamur

suspira-

ſuſpirare, nihil in nobis ab omni inquinamento ſæculi mundis, mundus immundus proprium habere poteſt, quia de mundo elegit nos Dominus. Præterit figura hujus mundi, fallax gratia ejus, idcirco pedibus calcandus, ut liberiùs cum Paulo valeamus dicere: Noſtra autem Converſatio in Cælis. *Hyacinthinâ veſte in veteri lege Summus induebatur Sacerdos, ad demonſtrandum, quia tota vita Sacerdotalis, debet eſſè Cæleſtis, ita; ut nullum cum affectibus terreſtribus habeat commercium.*

Angelica Continentiæ virtus injungitur, quid congruentius? Nobis utiq; Evangelicus inclamat Vates: Lavamini, mundi eſtote, qui fertis vaſa Domini. *Agnus quem quotidiè immolamus pro peccatis victimam, paſcitur inter Lilia innocentiæ, & virgines non niſi ſequuntur illum. Panis Angelorum Angelos reqvirit puritate, quam, minimè expers Evangelicæ veritatis, videtur nobis recommendare Poeta:* Pura in veſte Sacerdos.

Ebrietatis vitium prohibetur, quid juſtius? Nazaræos Altare poſcit, & Ceram exigit, non ſiceram. Veterum hic fuit error & ſuperſtitio quæ Bacchi Sacerdotium coluit, alios Flamines Euchariſticum expoſcit epulum. Tanto ebrietas odio perſequenda eſt, ut de illa ob nauſeam ſermones non ſint proſequendi. Sufficit illa vox: quæ quotidiè auribus noſtris inſonat: Sobrij eſtote, & vigilate. *Hæreat altâ mente repoſitum, horrendum illud Chryſologi effatum:* Ebrietas in alio vitium, in Sacerdote Sacrilegium.

Paſtoralis vigilantia recommendatur, quid vocationi noſtræ conformius? Paſtores nos Ovium ſuarum Chri-

 ſtus

stus constituit, idcirco centoculo oculatiores Argo esse debemus, ne nobis dormientibus & vacantibus à vigilijs, Lupus irrumpat, & dispergat oves. Non frustra Supremus mundi Legislator DEVS, Tunicam lineam Strictam : *Sive juxta Hæbraicam versionem*: Tunicam oculatam, *Aaroni fieri præcepit, nisi ut ostenderet, quod Curatores animarum, velut illa Ezechielis Animalia, vigiles in omnem partem debent habere pupillas. Prophetas nos esse decet, id est* videntes, *ut quæ, in plebe Sacrorum reverentia? quæ Divinarum legum observantia? videamus. Meminerimus quòd Dominus in Levitico Cæcum ab altaris ministerio arceat, quia ejusmodi noluit habere Ministros: erubescendum foret si in temporalibus Lynces, in Spiritualibus essemus talpæ. Recolamus, quam acriter Christus perstrinxit Petrum, quod unâ horâ non potuit vigilare secum. Vigilandum est nobis, optimè scientibus, quòd requiret Dominus de manibus nostris animas Sangvine suo redemptas, curæ nostræ commissas. Vigilemus igitur absque omni requie, exemplo Leonis, oculis qui dormit apertis.*

Sufficiens eruditio & scientia requiritur, quid condignius? ad erudiendos fideles nos Dominus vocavit, vacare à Lectione erudiendis nobis ipsis, pernitiosum est. Non sufficiat nobis miracula quærendo, supplicare cum Coronatis Principibus : Domine da mihi assistricem Sedium Tuarum Sapientiam, Da mihi intellectum, & vivam. *Propria etenim ad id assequendum applicatio desideratur. Diutiùs loquendi deest mihi facultas, ne dum alijs scientiam prædicem; ipse reprobus, ac minùs habens inveniar. Sufficiat præcari, ut Superi avertant,*

tant, ne aliquis nostrûm ob negligentiam in legendo, & assequenda sufficienti doctrinâ, illam horrendam apud Oseam mereatur comminationem: Quia repulisti scientiam: repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.

Recollectiones annuæ, commendantur, quid salubrius? quis unquam dubitabit desiderium solitudinis, amorem Contemplationis, jam pridem in Cordibus Nostris hæsisse & hæreditâsse. Quis nostrûm propriæ animæ amans, cum Coronato Vate non clamabit: Quis mihi dabit pennas? & volabo, & requiescam. *Quis expers dulcedinis, quam propinat Contemplatio, & affluens delicijs, non gloriabitur:* Ecce elongavi, & mansi in solitudine. *Placeat audire Augustinum:* Toto Anno vivimus nobis, saltem aliquot diebus vivamus & Domino.

Ad extremum. Spectaculũ facti sumus DEO, Angelis, & hominibus. *Eheu cavendum, ne tantorum Spectatorum, quacunque de causa offendamus oculos. Odio persequamur vitia, amore prosequamur virtutes, amplectamur recte facta, ut hi qui Curæ nostræ commissi sunt, videant opera nostra bona, & glorificent Patrem qui in Cælis est. Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, quæ nobis salutifera & Sancta, huius Sanctæ Synodi subministrant Sancita. Per horum observantiam, iter rectissimum ad Superos, via plana, & itur ad astra. Videamus jam clarius meridianâ luce cælestis planè hujus Synodi sanctiones, & ad observantiam earum toto virium conemur nisu.*

Immortales Tibi debentur à nobis gratiarum Actiones Illustrissime & Reverendissime Præsul *pro*

tanto in nos affectu, ac circa animarum nostrarum salutem solicitudine. Accusaremus Vladislavienses Infulas, quod Te nobis gemmam Præsulum eripiant, nisi talem, tantumque Successorem, pro quo obtinendo diu laborabant sæcula, efficacibus Tuis precibus impetrasses, qui omnium coronet vota, impleat desideria, Commodoque provideat singulorum. Beati oculi qui vident, quæ Tu in Successore Tuo vides, & post hæc videbis circa manutentionem sancitorum eventura.

Vobis itaque utrisque Ducibus, prosperè ad æternos plausus, nos ibimus omnes.

INDEX
Conſtitutionum Synodalium.

*
* *
* *
* * * *

F I N I S.

INDEX MATERIARUM
in hac ſynodo contentarum

Explicatio Signorum.

c. *denotat Caput.* f. *faciem paginæ numerando à facie capitis citati.* p. *punctum capitis numero Eccleſiaſtico ad marginem notatum.* n. *numerum, in quem, caput, vel punctum capitis dividitur.* A. *Additamentum poſt ſynodum numero Eccleſiaſtico notatum.*

A.

B.

C.

Cleri

Epi-

E

F.

H.

Haere-

Eorum.

FINIS.

INDEX ADDITAMENTORUM
Ad Synodum.

tuit contra convictos de Lutheranismo Varsaviæ 1525.

VI. *Sigismundus Rex pollicetur Sigismundum Augustum Regem Poloniæ creatum, jura Ecclesiastica, ac alia Regni confirmaturum.* 1530.

VII. *Sigismundus Cracoviæ* 1543. *ordinavit & definivit Hæreses Schismata &c. pertinere ad Forum spirituale.*

VIII. *Sigismundus Augustus in Regem inauguratus, de sui electione Iuriumq; spiritualium & sæcularium Regni Poloniæ confirmatione notum facit* 1550.

IX. *Constitutio seu edictum Sigismundi Augusti contra Hæreticos Cracoviæ* 1550.

X. *Ejusdem ordinationis mandatur seria executio Generali Majoris Poloniæ* 1555.

XI. *In Comitijs Parczoviensibus* 1564. *sub Sigismundo Augusto pœna exilij, ac aliæ contra Hæreticos statuuntur.*

XII. *Protestatio Iacobi Vchański Primatis Regni Poloniæ* 1573. *contra Confæderationem Varsaviensem sub Kamień, ab Hæreticis procuratam.*

XIII. *Protestatio Palatinatûs Plocensis* 1573. *contra eandem Confæderationem.* XIV.

XIV. *Excerptum Literarum Cardinalis Hosij ad Henricum Valesium Regē Poloniæ in negotio fidei* 1573.

XV. *Decretum Synodi Provincialis sub Iacobo Vchański Archiepiscopo Gnesnensi, Petricoviæ* 1578 *contra eandem Confœderationem.*

XVI. *Bulla SIXTI V. de coronandis Regibus Poloniœ* 1589.

XVII. *Edictum Sigismundi Regis contra Hæreticos, Cracoviæ* 1523.

XVIII. *Decretum Sigismundi Augusti in negotio Religionis Varsaviæ* 1557.

XIX. *Decretum Synodi Provincialis Gnesnensis Wężykovianæ Petricoviæ A. D.* 1628. *celebratæ, contra ministros Hæreticorum.*

XX. *Mandatum Sigismundi Augusti de A.*1568 *ad Civitatem Posnaniensem de non recipiendis Hæreticis ad Officia Civitatensia.*

XXI. *Privilegium Ioannis Casimiri* 1658. *Civitati Posnaniensi collatum, prohibens promoveri Dissidentes ad quævis offi ia.*

XXII.

FINIS.

ADDITAMENTA
Ad
SYNODUM

COLLE-

COLLECTIO
NONNULLORUM JURIUM
REGNI POLONIÆ
Contra Hæreticos.

I.
Incorporatio Magni Ducatûs Lithvaniæ Regno Poloniæ per Vladislaum Iagellonem 1413. in qua, solis Catholicis, Iura, Dignitates & Privilegia conferuntur. Ex Herburto.

IN Nomine Domini, Amen. Ad perpetuã rei Memoriam. Debitores sumus spiritualis alimoniæ: salutaria illis pocula ministrare, quibus præsidentes temporalium commodorum præstamus suffragia: ut quos ad corporis necessitatem sustentamus; salutis etiam, ipsis, quantum nostra sufficit facultas, ministeria porrigamus: ne dum temporalibus insistimus profectibus, vitæ commoda negligere videamur. Et unde dona benedictionis, & bravium expectamus sempiternum: inde vitæ detrimenta sentiamus, & præmiis destituti adoptatis, nulla laboris nostri commoda consequamur. Expedit perquirere, & debita attentare ratione: ut dum hominibus impartimur carnis beneficia, meditemur: qualiter ipsis cœlestia præbeamus alimenta: & quos

in hoc

in hoc ſæculo tranſitoriis rerum condimus copiis, illis viam æternæ beatitudinis demonſtremus, quatenus & hîc noſtræ munificentiæ cognoſcant præſidia, & tandē futuræ gloriæ compendia, per exercitia directionis noſtræ apprehendant in omnium Salvatore. Proinde nos Wladiſlaus, Dei gratiâ Rex Poloniæ, necnon Terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Lithvaniæ, Princeps ſupremus: Pomeraniæ, Ruſſiæq; Dominus & hæres, &c. & Alexander: aliàs Witowdus Magnus Dux Lithvaniæ, necnon Terrarum Ruſſiæ Dominus & hæres, &c. Significamus tenore præſentium quibus expedit, univerſis, præſentibus, & futuris, præſentium notitiam habituris: Quomodo Terras Lithvaniæ, & earum incolas, noſtro ſubditos dominio (in quos ſæpe liberalitatis noſtræ manum extendimus, & profectui ipſorum intendentes, multa frequentia, ſtatum & conditionem eorum ſemper ſtuduimus facere meliorem) ferventi deſiderio cupientes in aſſumptæ fidei devotione jugiter ſolidare & fundare: ut ipſos Altiſſimus (quo præſtante lumen fidei per noſtrám operam receperunt) ad laudem & honorem ſui nominis, & ejusdem fidei Catholicæ augmentum, gratiæ ſuæ chariſmate confirmaret.

Cùm eos ſæpè munificentiæ noſtræ donis refecimus, ſummopere affectamns ſpiritualibus gratiis refovere: & per quæq; legitima ſtudia & labores id ferventiùs mancipare. Qui ut ſe in fidei conſtantia commodiùs exerceant, & creſcant de virtute in

te in virtutem, jugum servitutis, quo hactenus fuerunt compediti, & constricti, de cervice ipsorum deponentes & solventes, ex innatæ nobis benignitatis clementia, ipsis libertates, immunitates, gratias, exemptiones, & Privilegia dari Catholicis solita, juxta continentiam Articulorum subscriptorum, tenore præsentium concedimus & largimur. Et primò, quamvis eo tempore, quo almo Spiritu inspirante, fidei Catholicæ recepta & cognita claritate, Coronam Regni Poloniæ assumpsimus: pro Christianæ religionis incremento, & bono statu, & commodo terrarum nostrarum Lithvaniæ prædictarum, ipsas, & cum terris ac dominijs ipsis subjectis & connexis, præfato Regno nostro Poloniæ appropriavimus, incorporavimus, conjunximus, univimus, adjunximus, confœderavimus, de consensu unanimi nostro, & aliorum fratrum nostrorum, & omnium Baronum, Nobilium, Procerum, & Boijarorum, ejusdem terræ Lithvaniæ, voluntate accedente & assensu. Volentes tamen terras prædictas Lithvaniæ, propter hostiles insultus, & insidias Cruciferorum, & eis adhærentium, ac aliorum quorumcunque inimicorum (qui præfatas terras Lithvaniæ & Regnum Poloniæ demoliri nituntur, & in ipsorum destructionem machinantur) in certitudine, securitate, & tutela melioribus reponere, & eis perpetuum commodum procurare: easdem terras, quas semper cum pleno dominio ac Jure mero & mixto, hactenus habuimus, & habemus, vsque modo à Progenitoribus nostris,

& ordine geniturae, tanquam domini legitimi, Baronum, Nobilium, Boijarorum voluntate, ratihabitione, & consensu adhibitis, praedicto Regno Poloniae iterum incorporamus, inuisceramus, appropriamus, conjungimus, adjungimus, confoederamus, & perpetuè annectimus: Decernentes ipsas cum omnibus earum dominijs, terris, Ducatibus, Principatibus, Districtibus, proprietatibus, omniq; Iure mero & mixto Coronae Regni Poloniae perpetuis temporibus irrevocabiliter & irrefragabiliter semper esse unitas. Caeterùm omnes Ecclesias terrarum Lithvaniae praedictarum, tam Cathedrales, quàm Collegiatas, Parochiales & Conventuales, videlicet Vilnen- & caeteras in eis erectas, erigendas, fundatas & fundandas, in omnibus ipsarum libertatibus, immunitatibus, Privilegijs, exemptionibus, & consvetudinibus universis conservamus, harum serie mediante, juxta consvetudinem Regni Poloniae.

Barones etiam, Nobiles, Boijari terrarum nostrarum Lithvaniae praedictarum, donationibus, Privilegijs, & concessionibus ipsis per nos datis, impertitis, & collatis, duntaxat Catholici, & Romanae Ecclesiae subjecti, & quibus Clenodia sunt concessa, gaudeant, participent, & fruantur, prout Barones & Nobiles Regni Poloniae suis potiuntur & fruuntur.

Item Barones & Nobiles praedicti, bona ipsorum paternalia, pari Jure obtineant: sicut Barones Regni Poloniae, sua noscuntur obtinere: &

dona-

donationes noſtras, ſuper quibus literas obtinent à nobis efficaces, & fulcitas perpetui roboris firmitate, ſimiliter obtinebunt: & liberam habebunt ipſa vendendi, commutandi, alienandi, donandi, & in uſus ſuos convertendi facultatem: noſtro tamen conſenſu ad hoc ſpecialiter accedente. Sic tamen: quòd ipſa alienando, commutando, vel donando: coram nobis vel noſtris Officialibus, juxta conſvetudinem Regni Poloniæ reſignabunt. Item poſt mortem patrum, liberi non debent bonis hæreditarijs privari: ſed ea cum ſuis ſucceſſoribus poſſidere, prout Barones & Nobiles Regni Poloniæ ſua poſſident, & in uſus convertunt beneplacitos. Similiter uxoribus ſuis, dotalitia in bonis & villis, quas ex ſucceſſione paterna vel conceſſione noſtra perpetua habuerint, vel fuerint habituri, poterint aſſignare, prout in Regno Poloniæ aſſignantur.

Filias autem, ſorores, conſanguineas, & affines ſuas, præfati Barones, & Nobiles terrarum Lithvaniæ, copulare poterint viris duntaxat Catholicis, & tradere conjugio juxta beneplacitum eorum voluntatis, & juxta conſvetudinem Regni Poloniæ ab antiquo obſervatam. His autem libertatum conceſſionibus non obſtantibus, Barones ad conſtructionem & erectionem Caſtrorum, vias expeditionales facere, & tributa dare, juxta antiquam conſvetudinem aſtringantur. Hoc ſpecialiter expreſſo: quòd omnes Barones & Nobiles terrarum Lithvaniæ, fidelitatem, & debitam ac Chri-

ſtianam fidei conſtantiam, nobis videlicet Wladiſlao Regi Poloniæ, & Alexandro aliàs Witowdo, Magno Duci Lithvaniæ, & ſucceſſoribus noſtris tenere debebunt & ſervare: prout Barones & Nobiles Regni Poloniæ, ſuis Regibus tenere ſoliti ſunt, & ſervare: ſuper quo Barones, Boijari, & Proceres terrarum Lithvaniæ prædicti, Juramentum nobis jam præſtiterunt, prout clariùs in Literis ipſorum, quas cum Baronibus Regni Poloniæ ſibi invicem conceſſerunt, continetur.

Pari modo ſub fidei Sacramento, & ſub bonorum ſuorum amiſſione, nullis Principibus, aut Baronibus, vel alijs cujuscunque conditionis hominibus, terris Regni Poloniæ adveſari volentibus, conſilia, favorem, & auxilia miniſtrabũt vel præſtabunt: ſed eos tanquam hoſtes terræ & dominiorum Lithvaniæ, totis viribus perſequentur, & ad nullum aliũ reſpectũ habebũt: niſi ad Nos & ad noſtros ſucceſſores; prout hoc ipſum Barones & Nobiles prædicti, pro ſe & pro ſuis poſteris, per fidei ſacramentum cautionem præſtiterunt & fecerunt. Item Dignitates, Sedes, & Officia, prout in Regno Poloniæ inſtitutæ ſunt, inſtituentur & locabuntur in Wilna: ſcilicet Palatinus & Caſtellanus Wilnenſis. Et demum in Troki, & in alijs locis, ubi nobis videbitur expedire: juxta noſtræ beneplacitum voluntatis, perpetuis temporibus duraturis. Et hujusmodi Dignitarij non eligantur, niſi ſint fidei Catholicæ cultores, & ſubiecti ſanctæ Romanæ Eccleſiæ &c. Nec etiam aliqua Officia terræ perpetua, ut

ſunt

ſunt Dignitates, Caſtellanatus &c. niſi Chriſtianæ fidei cultoribus conferantur, & ad conſilia noſtra admittantur, & eis interſint, dum pro bono publico tractatus celebrantur. Quia ſæpe diſparitas cultûs, diverſitatem inducit animorum: & conſilia patent talibus divulgata, quæ traduntur ſecretè obſervanda. Item omnes, quibus hujusmodi libertas & Privilegia conceduntur, nunquam Nos Wladiſlaum Regem Poloniæ, & Alexandrum Witowdum Magnum Ducem Lithvaniæ, quoaduſque vixerimus, & noſtros ſucceſſores Reges Poloniæ, & Duces Lithvaniæ, à nobis & noſtris ſucceſſoribus ſtatuendos & locandos deſerant, vel recedant ab eiſdem: ſed ſub fide & honore, pariter & onere juramenti, fideliter & firmiter nobis & ſucceſſoribus noſtris adhærebunt, favoribus, conſilijs, & auxilijs, perpetuis temporibus & in ævum: Hoc etiam addito: quòd prædicti Barones & nobiles &c. Lithvaniæ, poſt mortem Alexandri, aliàs Witowdi, magni Ducis moderni, nullum habebunt aut eligent, pro Magno Principe & domino Lithvaniæ: niſi quem Rex Poloniæ, vel ipſius ſucceſſores, cum conſilio Prælatorum & Baronum Poloniæ, & terrarum Lithvaniæ duxerint eligendos, ſtatuendos, & locandos. Sic ſimiliter Prælati, Barones, & Nobiles Regni Poloniæ, Rege Poloniæ, ſine liberis & ſucceſſoribus legitimis decedente, Regem & Dominum non debent ipſis eligere, ſine ſcitu & conſilio noſtro: videlicet Alexandri Magni Ducis, Baronumq; & Nobilium terrarum Lithvaniæ prædictarum:

rum, juxta tenorem, & contenta priorum literarum. Præterea prædictis libertatibus, Privilegijs, & gratijs, tantummodo illi Barones & nobiles terræ Lithvaniæ, debent uti & gaudere: quibus arma & Clenodia Nobilium Regni Poloniæ ſunt conceſſa: & cultores Chriſtianæ religionis, Romanæ Eccleſiæ ſubjecti: & non ſchiſmatici vel alij infideles. Item omnes literas, quaſcunq; Regno Poloniæ, & terris Lithvaniæ ante octo vel ſeptẽ annos, ac poſt, vel circa Coronationem noſtrã conceſſimus & dedimus, tenore præſentiũ confirmamus, ratificamus, approbamus, & robur perpetuum imponimus eiſdẽ, habentes ipſas præſentibus pro inſertis.

Hoc etiam addito ſpecialiter & expreſſo, quòd præfati Barones & Nobiles Regni Poloniæ, & terrarum Lithvaniæ, Conventiones & Parlamenta, quando neceſſe fuerit, in Lublin vel in Parczow, & aliàs in locis aptis, de conſenſu & voluntare noſtra celebrabunt, pro commodo & utilitate Regni Poloniæ, ac terrarum Lithvaniæ prædictarum meliori.

Præterea Nos Alexander alias Witowdus, de conſenſu Sereniſſimi Principis Domini Wladiſlai Regis Poloniæ, fratris noſtri chariſſimi, eligimus ad arma & Clenodia Nobilium Regni Poloniæ, terrarum noſtrarum Lithvaniæ Nobiles infraſcriptos: quos ipſi Regni Poloniæ Nobiles, ſimul cum omnibus qui ex eorum ſtirpe originem ſuam ducunt, ad fraternitatis & conſanguinitatis conſortia receperunt. Et primò Nobiles Leliwa, Moniwid Palatinum Vilnenſem. Item Zadora, Palátinum Jawnum Trocenſem. Ráwá, Minigal Caſtellanum Vilnenſem

nenſem. Lyſy, Sunigal Caſtellanum Trocenſem. Iáſtrembcy, ſeu Lázánki, aliâs Boleſty, Nagorá vocatos, Nemir, Trámbki, Hoſticonem, Topory, Butrym. Item Lábáncz aliâs Skrzyńſcy Goligunt, Poraye, Nicoláum Bilimin. Dambno, Korewám Odrowans Wyſzegerd. Quádwicz, Petrum Mondigert. Driá, Nicolaum Táwtigerd, Hábdáńiec, Joannem Gaſztoldy. Polkozá, Volczkonem Kukwá. Gryfones, Butrowdum, Srzeniáwá, Iádáldum, Pobodze, Kálonem, Grzymáła. Ioannem Rymowidowicz, Zarembá, Gynet Konczewicz, Pirzchalá, Dáwxá, Noviná, Nicolaum Boynár, Dzáloſzá, Wolczkonem Kokutowicz, Kopacz, Gedorwoch, Rola, Dangiel, Sirokomlá. Jacobum Mingel, Cattus Marinus, Woyſznár Wilkolewicz, Powala, Georgium Sángaw. Item Pomian, Sáká, Doliwá, Naczkonem, Sarzá, Tuerbut, Dolanga, Monſtwild, Bogoria, Staniſlaum Wſzygin. Iánina, Woyſzym Danczykowicz, Bicháwá, Monſtold, Swinká, Andream Dewknetowicz, Roldá, Minimund Seſnikowicz, Sulimá Bodywil. Item, Náláncz, Konczanum, Lodza, Miczuſz, Gelitowe, Gerdud, Korczakowe Czuppám Biala, Moydylonem, Czuſzolowicz, Wánzyk Koyczanum, Sukowicz, Czolek. Joannem Ewil, Godzámbá, Staniſlaum Butowthowicz, Oſmorog: aliâs Geralth, Surgutes de Kieſlynn &c. Quibuſquidem armis, Clenodiis, & proclamationibus, prædicti Nobiles, Proceres, & Bojary terrarum Lithvaniæ, exnunc & in antea, perpetuis temporibus ubilibet gaudeant, potiantur: prout ip-

 ſis præ-

ſis præfati Nobiles Regni Poloniæ,uti, frui, conſveverunt & potiri. Ut autem corroborationis & cautelæ uberioris omnia præmiſſa accipiant firmitatem, præſentes fecimus Sigillorum noſtrorum munimine corroborari, præſentibus, & conſentientibus, ac ratum habentibus, Reverendiſſimis in Chriſto Patribus Dominis, Nicolao Gneſnenſi Archiepiſcopo. Alberto Cracovienſi, Ioanne Wladiſlavienſi, Petro Poſnanienſi, Jacobo Plocenſi, Nicolao Wilnenſi, Joanne electo Leopolienſi Metropolien. Mathia Præmiſlien- Michaële Kijovien- Georgio Wlodimirien- Sbigneo Camenecen- electo, Eccleſiarum Epiſcopis: Chełmenſi, & Cæteris Eccleſiis vacantibus. Necnon Magnificis, validis, & ſtrenuis, Chriſtino Cracovienſi Caſtellano. Joanne de Tarnow Cracovienſi,Nicolao de Michałow Sandomirienſi, Sandivogio de Oſtrorog Poſnanienſi, Mathia de Waſoſze Caliſſienſi, Jacobo de Koniecpole Siradienſi,Joanne Ligęzá Lancicienſi, Matthia de Lábiſzyn Brzeſtenſi, Januſſio de Koſcielec Gnewczowienſi,Palatinis.Michaële de Bogumilowice Sandomirienſi, Joanne de Szczekocin Lublinēſi, Dobeſlao deOleſznica Woynicienſi,Floriano de Rokotnicâ Wiſliciēſi, Criſtino de Koziegłowy Sandecenſi, Martino de Kolikowo Gneſnenſi. Clemente de Morkzko Radomienſi, Domarat de Kobylány Bieczenſi, Moſticio de Stáſzow Poſnanienſi, Ianuſſio de Tuliſzkow Caliſſienſi, Martino de Kálinow Siradienſi, Petro de Wloſzczowa Dobrinenſi, Alberto de Koſciol Breſtenſi, Joanne de Lánkoſzyn

Lanci-

Lancicienſi, Criſtino Cruſzwicienſi, Joanne de Láczuchow Zawichoſtenſi, Martino de Lubnicá Brzezinenſi, Staniſlao Gámrat Polánecenſi, Ioanne de Bogumilowice Czechovienſi, Mathia Koth Naklenſi, Grottone de Iánczowice Malogoſtienſi, Iwano de Obichow Srzemenſi, Januſſo Furman Miedzyrzecenſi, Caſtellanis. Sbigneo de Brzezie Regni Poloniæ Marſchalco. Petro Száfraniec Succamerario. Martino de Wrocimowo Vexillifero Cracovienſi, Nicolao de Strzelce Sandomirienſi, Nicolao de Czárnkow Poſnanienſi, Iáká Caliſſienſi, Andrea de Ludbrancz Cujavienſi, Petro de Widawá Siradienſi, Nicolao de Suchydoł Lublinenſi, Petro de Thur Lancicienſi, Judicibus. Actum in oppido Horodlo circa flumen Bug, in Parlamento ſeu congregatione generali die ſecunda menſis Octobris: ſub Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo tredecimo. Datum per manus Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini Epiſcopi Cracovienſis, Supremi Cancellarij Regni Poloniæ nobis ſincerè dilecti, ſcriptum verò per manus Ciolkonis Canonici Sandomirienſis ſecreti noſtri Notarij.

II.

Proceres Lithvaniæ non aliter ſe incorporant Regno Poloniæ, ac Regi Poloniæ ſe ſubijciunt, niſi in unione S. Fidei Catholicæ, Anno D. 1401. Ex Herburto.

IN Nomine Domini Amen. Tunc enim multis errorum & dubiorum incommodis prudenter oc-

currimus : dum gesta ætatis nostræ, literarum apicibus & Sigillorum appensionibus perennamus. Proinde nos Prælati, Principes, Barones, Nobiles, Terrigenæ terrarum Lithvaniæ & Russiæ, videlicet Jacobus, divina providentia Vilnensis Ecclesiæ Episcopus, Dux Ivanus Olgimunti cum filijs suis, videlicet Andrea, & Sencone, & cæteris. Mungaylo Gedigoldo fratre, & cæteris. Cupurna Marssarco Sencon Iamunti, Fedorius Leonis, cum Iuszkone fratre germano, Gàszow cum filio Tàlnusz, Gineyd cum filio Milus, & cæteris : Kinunt cum filio Dauxá, Strzigoyl, Kàriconis, Gintolt Astok cum fratre germano, Dorgi Gasztolt cum Przehgindo fratre germano, Nemirà cum fratribus suis Germanis, Szugaylo Olizae Weszylonis, Woynad Ruszylowicz, Kieszgàilo, & Kumbold Wolimuntonis, cum suis cæteris fratribus Germanis, Goligin, Roman Mileykonis, cum fratre Wolczkone & cæteris, Woyszyund cum filio Radivilo, Wolochko Cavotmonis, cum fratribus Butoldmuntygaylo, Hannusz Montigerdonis cum fratribus suis, Dowogin Wiszygirdonis, Dráunti cum Weszkone filio, Wolczko vel Utrwicz, Wolczko Konszowtowicz, Dogirdi Voijnis Urdzich cum fratribus, Goligind, Veydimin, Heschis Selkowicz; cum cognationibus & genealogijs suis : necnon tota universitas omnium & singulorum Nobilium, & terrigenarum prædictarum Lithvaniæ & Russiæ terrarum, quorum quamvis nomina singilatim hîc non sunt expressa: ipsorũ tamen consensus ad subscripta adest, ac si pro in-

sertis

sertis haberetur. Proinde Significamus quibus expedit universis. Quomodo eo tempore, quo Prælati, Principes, Barones, & Nobiles, & communitas Terrigenarum Regni Poloniæ, divina cooperante clementia, Serenissimum Principem Dominum Wladislaum Regem Poloniæ, supremum Ducem Lithvaniæ, hæredem Russiæ, Dominũ nostrum gratiosissimum de gentilitatis erroribus educentes, in Regem & Dominum ipsorum assumpserunt. Nos quoque, ipsius vestigia sequentes, almi Spiritus gratia eruditos, ad ipsorum consortium Catholicum invitantes, de tenebris erroris vetusti, per assumptionem sacræ fidei orthodoxæ receperunt. Cum quibus in fide facti unanimes & consortes, ad perfectionem catholicorum operum meritò & opportunè debemus per concordiam perpetuè aspirare. Pro eo, prædicto domino Wladislao Regi Poloniæ, &c. & ipsius Coronæ, Regno ac Regnicolis Poloniæ &c. firma fide & inviolabili sponsione promisimus, & tenore præsentium promittimus: toto posse & viribus, contra insultus quorumlibet hominum eis assistere: & eos nullo exquisito coloris fuco unquam deserere: sed ipsos sine dolo & fraude, scilicet Regem & Coronam, Regnum & Regnicolas Poloniæ in eorum necessitatibus perpetuè adjuvare: eorumquè profectus, utilitates, commoda, & bonum commune peragere, salubri & fideli dispositione: velut nostrum proprium, quod & ipsi nobis pari modo tenebuntur facere viceversa. Demùm, quia prædictus Dominus Wladislaus Rex &c. dominus noster gratiosus, ex speciali confidentia, Magnifico &

Præclaro Principi, domino Alexandro aliás Witowdo Duci Lithvaniæ, &c. ipsum in partem suæ solicitudinis assumens, supremum Principatum terrarum earundē Lithvaniæ, cæterorumq; Dominiorum suorum Ducatus, dedit & contulit, & ipsum in eis de manu sua statuit: ad vitæ ejusdem domini Ducis Witowdi terminum ultimum, & extremum.

Pro quo eundem dominum Wladislaum Regem constantiori fiducia prosequi volentes: & prout justum est, ipsum reddere certiorem, firma sponsione & irrevocabili promisso, sibi tenore præsentium promittimus: quòd supremus prædictus Principatus terrarum Lithvaniæ, & cæterorum dominiorum Ducatus, unà cum bonis, & cæteris patrimonialibus ad eundem dominum Ducem Witowdum pertinentibus, & cum omnibus castris, fortalitijs, districtibus, territorijs, & eorum incolis, post decessum ipsius, ad ipsum dominum Wladislaum Regem, ac ad Coronam Regni hujus Poloniæ, juxta tenorem Literarum, per prædictum Dominū Ducem Witowdum, eidem Domino Wladislao Regi & Coronæ ejus datarum, debent plenè & integrè devolvi & redire. Et nos etiam cum nostris posteris atque successoribus, post decessum domini Ducis Witowdi, promittere prædicto Domino Wladislao Regi, Coronæ, & Regno Poloniæ adhærere, subijci, obsequi, servire, sine dolo & fraude, toto posse & viribus tenebimur: & præter ipsum ad Coronam Regni ejusdem, nunquam nobis alios, vel alium Dominum vel Dominos assumemus.

Illo

Illo etiam non omisso: quòd si Dominus Wladislaus Rex prædictus (quod Deus avertat) sine prole decesserit: extunc sine scitu & consilio ejusdem Domini Ducis Witowdi, & nostro pariter, Principes, Prælati, Barones, Nobiles & communitas Terrigenarum terrarum Regni Poloniæ prædicti, sibi Regem & Dominum non debent eligere seu locare: cum quibus firmam, mutuam, & constantem servantes assistentiam in dulcedine fidei, & visceribus Iesu Christi, perpetuam & irrevocabilem tenebimus unionem. In quorum omnium fidem & testimonium evidentiamque pleniorem, pro perpetuo robore, Sigilla nostra præsentibus sunt subappensa. Actum & datum in Wilno ipso die sanctæ Priscæ virginis & Martyris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo primo.

III.

Wladislaus Jagello, contra hæreticos & fautores eorum, in Wielun constituit pœnas, Anno Domini 1424. Ex Herburto.

WLadislaus, DEI Gratiâ Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracoviæ, &c. Princeps supremus Lithvaniæ, Pomeraniæ, Russiæque dominus & hæres. Significamus tenore præsentium, quibus expedit universis, præsentibus & futuris, harum notitiam

titiam habituris : Quòd cùm ſub diſſimulatione præ-
terire non debemus, imò arcemur divinæ legis per-
petuis inſtitutis , peſtiferos hæreticorum errores ,
(quos in Dei contemptum,& in Chriſtianæ religi-
onis detrimentum , & enervationem , politiæque
jacturam , iniqua perverſorum corda conflaverunt)
etiam quæcunque oporteret nos ſubire pericula , à
finibus noſtris propulſare : & in gladio deiicere ,
ut qui cenſurâ Eccleſiæ non terrentur, humana ſe-
veritate multentur : maturo conſilio Prælatorum ,
Principum , & Baronum noſtrorum habito,& con-
ſenſu , & etiam de certa ipſorum & Noſtra ſcien-
tia , præſentibus decernimus , & pro firmo, con-
ſtanti , & pro irrefragabili edicto, teneri præcipi-
mus : Ut quicunq; in Regno Poloniæ noſtro , &
terris nobis ſubjectis hæreticus, aut hæreſi infectus,
vel ſuſpectus de eadẽ,fautor eorũ vel director reper-
tus fuerit , per noſtros Capitaneos , Conſules civi-
tatum , & alios Officiales,aç quoslibet ſubditos no-
ſtros, ſive in Officiis , ſive extra viventes,velut Re-
giæ Majeſtatis offenſor capiatur , & juxta exigen-
tiam exceſſus ſui puniatur. Et quicunque vene-
rint de Bohemia, & intrant Regnum noſtrum : Or-
dinariorum ſuorum examini, aut magiſtrorum hæ-
reticæ pravitatis, ad hoc à ſede Apoſtolica depu-
tatorum, vel deputandorum , ſubdentur compre-
henſi. Si quis autem incolarumRegni noſtri, cujus-
cunque ſtatus , dignitatis , gradus, aut conditio-
nis fuerit, hinc ad feſtum AſcenſionisDomini pro-
ximum ,redire de Bohemia neglexerit, vel contem-
pſerit :

pserit: pro convicto hæretico censeatur, & pœnis subjaceat, quæ hæreticis infligi consveverunt: nec amplius ad Regnum nostrum revertatur moraturus. Et nihilominus omnia bona ipsorum, mobilia & immobilia, in quibuscunq; rebus consistentia, publicentur, thesauro nostro confiscanda: prolesque eorum, tam masculina quàm fœminina, omni careat successione perpetuò, & honore: nec unquàm ad aliquas assumatur dignitates, vel honores: sed cum patribus & progenitoribus suis, semper maneat infamis: nec de cætero gaudeat aliquo Privilegio Nobilitatis, vel decore. Inhibemus etiam, sub eisdem pœnis, omnibus mercatoribus, & alijs hominibus, cujuscunque conditionis fuerint: ut amodo, & in posterum, nullas res venales, præsertim plumbum, arma, esculenta, & poculenta, ad Bohemiam ducere præsumant, vel portare. Quocirca vobis omnibus, & singulis, Capitaneis, Burgrabijs, Procuratoribus, Magistris, Civium Consulibus, & aliis Regni nostri Officialibus, & subditis quibuslibet, ad quos præsentes pervenerint, Mandamus: quatenus præsens edictum nostrum custodire fideliter, & firmiter, debeatis: ut ubilibet in Civitatibus, villis, & aliis quibuslibet locis publicis, & privatis, & specialiter ubi tractabuntur Judicia, & ubicunque contigerit aliquam multitudinem hominum confluere, palam vocibus Præconum faciatis proclamare: ut nullus valeat prætendere ignorantiam præmissiorum: Harum quibus Sigillum nostrum appensum est, testimonio litera-

rum. Datum in Wielun, die Dominicâ Judica me Deus, Anno Domini 1424.

IV.

Confœderatio Principum, tam Spiritualium quàm Sæcularium, contra hæreticos, eorumque fautores A. D. 1438. ExHerburto.

NOs Principes, Spirituales & Sæculares, Barones & Comites, Proceres, Milites, Nobiles, Civitates, totaque communitas Regni Poloniæ, singulariter singuli, & universaliter universi, eodem animo, eâdem voluntate, scientiâ, assensu, & ratihabitione, omnes unanimiter, Significamus tenore præsentium, quibus expedit universis, præsentibus & futuris, notitiam præsentium habituris: Quomodo consideratis nonnullis disordinationibus, quæ in ipso Regno suboriri incæperant, visis literis prædecessorum nostrorum, Posnaniæ, Petricoviæ, & in Iedlna factis, circa easdem literas, & earum articulos (sub quacunq; forma verborum extant confecti) remanere volumus usquequaque, & spondemus: & præcipuè circa hunc articulum: Quòd quicunq; existens indigena Regni Poloniæ, habens in ipso Regno Poloniæ bona, vellet aliquas obedientias contra Jus Terrestre cõmune; aut etiam Guerras, Nobis & eidem Regno Poloniæ damnosas, alicui movere sine licentia Domini nostri Regis gratiosissimi, & Consilij sui: & in Jure Terrestri communi

muni nollet contentari: aut etiam hæreticales errores facere, vel promovere vellet, contra talem, sive tales, cujuscunque status, gradus, conditionis, & præeminentiæ fuerint, sive Spirituales, sive Sæculares, & in eorum destructionem consurgere volumus, & promittimus, sub fide & honore nostris, absque dolo, & fraude: nec ipsis auxilio, consilio, vel favore patrocinari volumus, sub fide & honore nostris, etiamsi sanguine, affinitate, & quacunque propinquitate forent nobis, aut alicui nostrum conjuncti: nec pro eis loqui volumus aliquod verbum: sed eos, & eorum quemlibet talem punire volumus & promittimus: Jura tamen nostra Ducalia, & Terrestria, in nullo per hoc violando, nec ab eisdem recedendo: Harum quibus Sigilla nostra, cum subscriptione nominatim nominum nostrorum, in pendulis sigillorum sunt appensa, testimonio literarum. Scriptum & datum in Nova Civitate Korczyn, Feria sexta, ipso die Sancti Marci Apostoli, & Evangelistæ, generali tunc Parlamento celebrato: Anno Domini 1438.

V.

Janussius Dux Masoviæ pœnam Capitis statuit contra convictos de Lutheranismo, Varsaviæ Anno Domini 1525.

Ex Metrica Ducali.

Actum Varsaviæ feriâ 5ta. ante Dominicam Oculi, Conventionem continuando proximâ

ximâ. Anno Domini, Millesimo, quingentesimo vigesimo quinto, In præsentia Illustrissimi Domini D. JANUSSII DEI gratiâ Ducis Masoviæ, Russiæ &c. nec non Magnificorum, Venerabilium, & Generosorum; Felicis Brzeski Palatini Masoviæ, Capitanei Ciechanoviensis; Laurentij de Prażmowo Czernensis, Joannis Łoski de Wola Chynowska, Visnensis, Petri Kopythowski Varsaviensis, Alexij de Lubki Wyszogrodensis; Joannis de Krysko Zakroczymensis; Joannis de Obory Ciechanoviensis, Michaelis de Zaliwie Livensis, Castellanorum. Nicolai Zukowski Ptæpositi Ecclesiæ Collegiatæ Varsaviensis, & Ducatûs Masoviæ Camerarij, Alberti de Popielżyno Canonici Varsaviensis, & Ducatûs Masoviæ Succamerarij, Pauli de Trąbki Archi-Diaconi ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ Varsav: Thomæ Sokołowski Decretorum Doctoris, & Custodis, Stanislai de Strzelce, Scholastici; Pauli de Popielżyno Canonicorum ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ Varsaviensis. Bartholomæi Radźiminski de Miastkowo Czernensis, Budek de Naqvasino Wyszogrodensis; Erasmi de Kobylniki Ciechanoviensis; Ioannis de Oyrzanowo Livensis, Pincernarum. Seraphini de Obory, de Zaleśie Czernensis, Nicolai Wirzbięta Varsaviensis, Petri de Kucháry Wyszogrodensis, Varsaviensis; Stanislai de Woystawice Livensis, Iacobi de Jelenia Nurensis; Andreæ Kiśielnicki de Boguśice Lomzensis, Judicum. Nicolai Oborski de Łęczeszyce Czernensis, Stephani de Wodynie Varsaviensis, Adriani de Golimino Wyszogrodensis;

ſis; Joannis Ciſzkowſki Zakroczymenſis, Joannis Wilicki Ciechanovienſis; Chriſtini de Cubra Viſnenſis, Vexilliferorum. Jacobi Głoſkowſki Czernenſis; Staniſlai Kownacki Viſnenſis; Petri Targoma Zakroczymenſis; Pauli BrzeſkiCiechanovienſis; Succamerariorum. Nicolai de Kunowo Czernenſis; Jacobi de Kozniewo Wyſzogrodenſis, Martini deCzernidła Zakroczymenſis;Dapiferorum.Joannis de Niwiſka Czernenſis; Pauli Pniewſki Zakroczymenſis; Theſaurariorũ.Gregorij Vliniecki Czernenſis Pincernæ. Stiborij de Mlacz Czernenſis; Mathiæ Swiderſki Viſnenſis; Mathiæ de Święćice Varſavienſis; Alexij Cybulſki Wyſzogrodenſis; Michaëlis de Czernice Ciechanovienſis; Stiborij de Michałowo Nurenſis; Subjudicum, & aliorum fide dignorum. Illuſtriſſimus Dominus Princeps cum toto conſilio ſuo, volens ſectam Lutheranorum, & ejus falſum dogma in Ducatu ſuo, ab omnibus ſubditis ſuis penitùs eradicari, & ne hoc falſo errore ac dogmate, ſubditi ſui à fide Orthodoxa, & à ſancto Ritu Romanæ Eccleſiæ ſeducantur, ex officio ſuo & auctoritate Ducali, ut verus Chriſtianæ Religionis, & fidei Princeps providere tempeſtivè cupiens; ita decrevit, conſtituit, & concluſit. Ut nullus in toto Ducatu Maſoviæ, tã inCivitatibus, oppidis, quàm eorum in villis, cujuscunq; conditionis & ſtatûs exiſtat, præſertim in civitate Varſavienſi, libros & falſam doctrinam Lutheri, in quocunq; ſermone, ſive latino, ſive Almanico, aut qvovis alio, tenere apud ſe, & in domibus ſuis

 habere,

habere, legere, ac ipſum falſum dogma Lutheranorum profiteri, ſectam portare, tueri, & alijs eam perſvadere præſumat. Ita tamen ut quicunquè de hac ſecta legitimè convictus, & probatus fuerit, talis vitâ privari debeat, & bona ejus omnia, quæcunq; habet, mobilia & immobilia confiſcari, & ad theſaurum Ducalem recipi debeant. Quod Decretum Dominus Dux mandavit, in omnibus Diſtrictibus, & Capitaneatibus publicari, & diligenter per omnes Officiales exequi. Locus ſigilli. Ex metrica Ducali ſub ſigillo terreſtri Varſavienſi reſcriptum. Staniſlaus Smiecinſki Terreſtris Varſavienſis Notarius.

VI.

Sigiſmundus Rex pollicetur Sigiſmundum Auguſtum Regem Poloniæ creatum, cum venerit ad annos diſcretionis jura Eccleſiaſtica, ac alia Regni Poloniæ confirmaturum. A.D. 1530. Ex Herburto.

NOs Sigiſmundus, manifeſtum facimus per præſentes, univerſis: Quia cùm omnes ordines ſtatus utriuſque, tam Spirituales quàm Sæculares Regni noſtri, conſiderantes horum temporum motus, ac malignitatem: prævenireq; volentes turbas, aut ſeditiones omnimodas, quæ vacantibus regnis contingere ſolent, unanimi conſenſu elegerunt & coro-

coronaverunt in Regem hujus Regni nostri, Nobis consentientibus, Serenissimum Principem Dominũ Sigismundum secundũ, filium nostrum charissimum ex spontanea sua voluntate, nobis viventibus, quâ fide & affectu in nos sunt, testatum esse volentes: quemadmodum & ante in multis alijs magnis & arduis negotijs, ex mera in nos propensione & libera ipsorum voluntate, grata & utilia Nobis ipsorum obsequia cognovimus; Nos vicissim pro ea observantia, qua nos & serenissimam Familiam nostrã prosequuntur, & quam abundè declarârunt, in creando Rege ipso, Serenissimo Filio nostro, nobis viventibus (ea videlicet conditione, ut nos absque ullo impedimento ejusdem Serenissimi filij nostri donec viveremus, Regno & dominijs nostris frueremur, & illis dominaremur) volentes pro talibꝰ eorũ obsequijs, nobis utilibus & gratissimis, vicissim eis providere, ut & ipsi in suis Juribꝰ, Privilegijs & libertatibus, consvetudinibusq; approbatis, absq; ullo detrimento conservarentur, polliciti sumus illis & præsentibus literis nostris pollicemur: Quod quandocunq; ipse Serenissimus filius noster, sive nobis viventibus, sive etiam post mortem nostram, ad ætatem legitimam, hoc est ad annos quindecim completos pervenerit, tenebitur illis id totum præstare, quod Antecessores nostri Reges Poloniæ, & Nos ipsi præstitimus ex debito: ad quod ejus Majestatẽ ut filium successorem nostrum, tenore præsentium obligamus: videlicet quod jurare debebit,

omnia

omnia Jura, libertates, Privilegia, literas, immunitates Regni noſtri Poloniæ, Eccleſiaſticas & Sæculares; Eccleſijs, ipſi quoque Regno Poloniæ, ejusdemq; Prælatis, Baronibus, Nobilibus, Civibus, incolis, & quibuscunq; perſonis cujuscunq; ſtatus & conditionis exiſtentibus, donatas & conceſſas, per divos anteceſſores noſtros, Principes, Reges, & quoſcunq; Dominos & hæredes Regni Poloniæ (præſertim verò per divos, Caſimirum antiquum, Ludovicum, Vladiſlaum avum, Vladiſlaum patruũ, Caſimirum Patrem, Joannem Albertum & Alexandrum fratres Germanos noſtros, patruos verò ſuos, Reges Poloniæ, & per Nosmetipſos patrem ejus) juſtas & legitimas, manutenere, ſervare, cuſtodire, attentare, in omnibus conditionibus atque punctis: & omnia illicitè ab eodem Regno alienata aut diſtracta pro poſſe ſuo ad proprietatem ejusdem regni aggregare, terminos etiam ipſius Regni Poloniæ non minuere: ſed pro poſſe ſuo; dilatare, & defendere. Et quamdiu hoc juramentum Majeſtas ſua non præſtiterit, & huic debito Regio nõ ſatisfecerit, ipſi univerſi regnicolæ noſtri ad tradendam illi poſſeſſionem, & dominium regni & ad ſervandum juramentum, & ad præſtandam fidelitatẽ, & obedientiã ſuã, ejus Majeſtati non erunt adſtricti, neq; obligati. Verùm quandocunquè ſupra dictis omnibus idem Sereniſſimus Filius noſter in ætate legitima exiſtens ſatisfecerit: & hujusmodi debitum juramentum præſtiterit, univerſi regnicolæ & ſubditi noſtri illi poſt mortem noſtram, uti vero & legiti-

legitimo Domino & Regi ſuo coronato omnem fidelitatem & obedientiam; & obſequia ſecundùm juramentum à ſe illi factum & debitum ſuum, præſtare & exhibere tenebuntur. Harum teſtimonio literarum, quibus, in fidem ſigillum noſtrum eſt appenſum. Datum Cracoviæ in Conventione Generali ſabbatho proximo ante Dominicam Lætare, Anno Domini 1530. Regni noſtri Anno 24. Petrus Tomicki Epiſcopus & Vice-Cancellarius.

VII.

Sigiſmūdus Cracoviæ Anno 1543. *definivit Hæreſes, ſchiſmata &c. pertinere ad Forum Spirituale.* apud Herburtum tit: Quas Cauſas Judices Spiritualiū cognoſcēt.

DIfferentias Judiciorum inter Spirituales & Sæculares perſonas ſic in præſentibus Comitijs cū Conſiliarijs Noſtris utriusq; Statûs & Terrarū Nuntijs conſtituims, ne amplius alteri alteros, ad Jus incompetens evocent. Ut itaq; ſit definitum, quæ cauſæ ad Judiciū Spirituale & Sæculare pertinent, per hanc illarum deſcriptionem ſignificamus, deſcribimus, & conſtituimus, cum conſenſu Dominorum & Prælatorum Spiritualium, nec non Dominorum ſtatûs Sæcularis & Nuntiorum Terreſtrium. Inprimis ad Spiritualium Judicium pertinet judicare differentias Fidei Sanctæ Chriſtianæ, hæreſes, ſchiſmata, blaſphemias contra DEUM, & apoſtaſias-

Item pro decimis, feptem Sacramentis Ecclefiæ, Beneficijs, Sacrilegijs, fimonia, fænoribus, Spiritualium homicidijs, percuffionibus & vulneribus Ordinatorũ, alias Confecratorum, Sacrorum nundinatione, & pro his, qui confugiunt fub tutelam templorum, vel Monafticorum Cænobiorum, exceptis tamen illis, quos Jus templis defendere non permittit &c.

VIII.

Sigifmundus Auguftus, jam in Regno inauguratus, de fui electione, Juriumq; Spiritualium & Sæcularium Regni Poloniæ confirmatione, notum facit Petricoviæ A. Domini 1550. Ex Herburto.

IN nomine Domini, Amen: Ad perpetuam rei memoriam. Quandoquidem incerta eft, nequé durabilis memoria humana, confveverunt prudentes homines fcripturæ commendare id, quod in æterna memoria pofteritatis haberi volunt: Proinde Nos Sigifmundus Auguftus, DEI Gratiâ Rex Poloniæ, &c. Significamus præfentibus literis, univerfis quorum intereft, præfentibus & futuris: Quia cùm ante viginti annos, vivente adhuc piæ memoriæ Sereniffimo Rege Sigifmundo, parente noftro, unanimi confenfu Confiliariorum noftrorum, tam Spiritualis quàm Sæcularis ftatus, & totius nobilitatis, aliorumq; ftatuum Regni, ad Regnum Poloniæ electi, & coronati fuimus: ubi omnes Confiliarij Regni,

gni, ordinesq; alij, Juramentum debitæ fidei, necnon ſubjectionis ac obedientiæ nobis fecerunt: nihilominus, quòd ea præſtare nobis non tenebantur, quamdiu Sereniſſimus parens noſter viveret: (penes qvem integra authoritas, & ſuperioritas Regia durare debuit: prout & ad finem illius vitæ duravit integra) & quia ætas noſtra tum non permittebat, ut debitum Jusjurandum, ſecundùm antiquam conſvetudinem majorum noſtrorum Regum Poloniæ, facere poſſemus: obligaverat ſe eo nomine Sereniſſimus Rex, parens noſter, ut cùm ad ætatem noſtram perveniremus, Jusjurandum debitum faceremus, eoq; nos obligaremus omnia Jura, Privilegia, libertates, literas, & immunitates, juſtas & legitimas, ipſius Regni noſtri Spiritualibus, Sæcularibus, & quibuscunq; ordinibus hominum, nullis exceptis, à prædeceſſoribus noſtris Regibus & Principibus Poloniæ, nominatim verò à piæ memoriæ Regibus, Kaſimiro Magno, Ludovico, Wladiſlao proavo, Wladiſlao antiquo patruo, Kaſimiro avo, Joanne Alberto & Alexandro patruis, & Sereniſſimo Rege Sigiſmundo parente noſtro, datas, in omnibus firmiter tenere, ſervare, & tueri: & hoc, quodcunq; illegitimè ab hoc Regno alienatum vel ademptum eſſet, juxta facultatem noſtram recuperaremus, & ad unitatem Regni adjungeremus: in nullo diminuendo fines Regni Poloniæ, ſed potius augendo, tantum quantum potuerimus. Prout jam huic ipſi obligationi ſatisfecimus: quando ſeptimo anno poſt Coronationem noſtri, more ſolito, in

Ecclesia Jusjurandum præstitimus. Post quod quidem Jusjurandum nostrum, obligavimus nos Literis nostris, omnibus subditis nostris datis: Quia cùm Dominus DEUS ex hac luce, memoratum Serenissimum Regem parentem nostrum sustulerit, non priùs subditi nostri deberent nobis obedientiam, quousq; in omnibus, in genere, omnes literas, & Privilegia, tam generalia Regni, & Dominiorum ei annexorum, quàm privatarum personarum & locorum, libertates continentia, aliasq; literas & immunitates, à supradictis prædecessoribus nostris datas, & ab ipso Serenissimo olim Rege parente nostro, quamdiu vixit, dandas, literis nostris confirmaverimus: & illas, uti in se extant scriptæ, in debitam executionem juxta facultatem nostram reponeremus. Cum autem eò res pervenit: quoniam Dominus DEUS Serenissimum ipsum Regem, parentem nostrum, ex hac luce sustulit, & jam post hanc liberam electionem, & coronationem nostri, gubernatio, superioritas, & auctoritas Regni, nunc super nos devoluta est, memores Jurisjurandi per Nos præstiti, & obligationis literalis, in nosmet datæ, ediximus Conventum Regni: tam propter alias necessitates Regni, quàm inprimis propter hoc, ut illud ipsum re ipsa exequeremur subditis nostris, quod illis verbo & literis nostris promiseramus. Proinde ex istis causis, omnibusq; rebus bene apud Nos & cum matura deliberatione expensis, postulationibus etiam omnium Ordinũ Regni, in hoc Conventu existentium, permoti: Omnia Jura, Statuta, dona-

donationes, libertates, immunitates, consvetudines, & omnes alias literas, & Privilegia, quocunq; tenore verborum conscripta, tam generalia totius Regni, & dominiorum ei adhærentium, Spiritualia & Sæcularia, quàm specialiter omnibus Statibus, & personis, & locis, generaliter & specialiter nullis exceptis, à Regibus, & Reginis, à Ducibus, Dominis, & hæredibus, Regni Poloniæ, & terrarum ejus, nominatim verò à Regibus piæ memoriæ, Kasimiro Magno, Ludovico Loysz, Wladislao proavo, Wladislao antiquo patruo, Kasimiro avo, Joanne Alberto & Alexandro patruis, necnon Serenissimo Sigismundo Rege parente nostro, antecessoribus nostris, justa & legitima, justeque & legitimè datas & donatas, dataq; & donata (quæ quidem ejus valoris habere volumus, perinde ac si hic, de verbo ad verbum inserta fuissent) ita prout ipsa in se sonant, nihil eis diminuendo vel detrahendo, renovare, confirmare, approbare, ratificare decrevimus: prout præsentibus literis nostris renovamus, confirmamus, approbamus, & ratificamus: necnon firma, durabilia, certa, inviolata, & immutabilia habere volumus, temporibus perpetuis. Et pollicemur verbo nostro Regio, & sub onere Jurisjurandi per Nos præstiti, obligamus nos: quia hæc omnia supradicta Jura, immunitates, libertates, donationes, Privilegia, & literas, per antecessores nostros piæ memoriæ, & nominatim per Serenissimum Regem parentem nostrum, legitimè & justè datas & exhibitas,

bitas, firmiter & inviolabiliter tenere, & juxta ea subditos nostros omnium ordinum, tam generaliter omnes, quàm specialiter singulos, unumquenq; conservabimus: & omnibus tenere, & conservare mandabimus, temporibus perpetuis, & id, quod illis contrarium fuerit, neq; ipsi faciemus, neque alijs facere permittemus. Quòd si aliquando eveniret, ut vel per Nos, vel quempiam alium, istis ipsis Juribus, Statutis, donationibus, Privilegijs, literis, immunitatibus, & libertatibus, aliquid ejusmodi fieret contrarium: vel si illis derogare, easdemvè per Nosmetipsos abrogare, aliqua re vellemus: extunc omne illud nihil firmitatis, neq; ponderis habere debet, sed omne illud, vigore istius Conventus, nihili & cassum intelligi debet, prout & Nos hoc ipsum annihilamus, & cassamus, & nihili esse invenimus, præsentibus nostris literis, temporibus perpetuis. Sed quia à non exiguo tempore, in multis rebus, contra hæc ipsa Jura, Privilegia, immunitates Regni, excessum & illis detritum est, postulantibus Nuncijs Nobilitatis, & consilio Consiliariorum Regni nostri ad hoc accedente, visum est nobis necessarium, ut hoc ipsum, pro eo ac debemus, atq; obligati sumus, hic in isto Conventu reformaremus, & ad priorem conditionem, seu integritatem restitueremus, ac reduceremus, & in debitam executionem reponeremus.

Consti-

IX.

Constitutio Sigismundi Augusti Cracoviæ contra hæreticos, Anno D. 1550.

IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniã humana omnia vana sunt, & inutilia prorsus, nisi legibus Divinis, earumq; metu ac observatione, in Officio retineantur, & Religionis imprimis integritate observentur. Proinde Nos Sigismundus Augustus, DEI gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, nec non Terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Russiæ totius, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Culmensis, Elbingensis, Pomeraniæ &c. &c. Dominus & Hæres. Manifestum, & confessum esse volumus, universis & singulis, quorum interest, aut quomodolibet, interesse poterit. Quia cùm ex nostris utriusq; statûs Consiliarijs intelleximus, varias in Regno Nostro passim pullulare hæreses, novaq; in Religione dogmata, & ritus, non solùm adferri huc aliunde, verũ institui. Nos vestigijs Majorum nostrorum insistentes, quorum præcipua cura, & studium fuit semper, sacrosanctam fidem Christianam propagare, & adaugere, ac omnem occasionem excitandi inter subditos nostros diffidij, & omnis in Republica perturbationis, quæ dissensionis in Religione, indubitatus solet esse comes, amputare,

putare, idq; primum ad officium Regum, & Principum, pertinere existimantes; nostris hisce literis testatum facimus, & pollicemur. Nos pro Nostra pietate, & erga rem Christianam, atq; Ecclesiasticam, studio & amore, unitate imprimis dictæ Ecclesiæ, fideiq; Christianæ Catholicæ, & Apostolicæ, sinceritatē, quam sancta Romana confitetur Ecclesia, & quam Majores nostri, jam inde ab initio suscipientes, ad hæc usquê tempora, constantissimè professi sunt, similiter professuros, & integrè ac inviolatè pro viribus nostris, ubiq; in Regno, ac Dominijs nostris conservaturos: Hostes ejus, non solùm Ethnicos, qui à Christiano nomine, ex professo alienos se esse volunt; sed etiam Hæreticos, qui sub specie Christiani nominis, & falsa DEI usurpatione, omnem prorsus Christianam doctrinam tollunt, evertunt, seq? alienos esse testantur ab ea fide, atq; religione, quam inde ab Apostolis traditam in hæc usq; tempora, Sancta Romana, ac universalis profitetur Ecclesia, propugnaturos, & à Regno nostro propulsaturos; in consilium seu Senatum nostrum Regium, eos, qui aliqua hæresi essent infecti, quod quidem nos sciamus, nunquam admissuros, dignitates nullas, aut Præfecturas eis commissuros, imò, si qui ad nos delati fuerint, effecturos D.O.M. Auspice, ut statuta Regni nostri, contra eos extendantur, & summâ diligentiâ executioni mandentur; semper inglorij, infames, extorres, & exules à Patria, permaneant, nisi ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ redire, eique se reconciliare studuerint. Ecclesiasticas Perso-

Perſonas earumq; jura, immunitates, ac Privilegia privata, ac publica defenſuros, conſervaturos, & quoad fieri poterit, propugnaturos. Officialibus autem noſtris, ac Præfectis quibuslibet, ne remiſſi, aut negligentes eſſent, in eis executioni mandandis, ac manutenendis, cum gravi, & ſevera, indignationis noſtræ comminatione, præcepturos. Alioquin, ſi qui ad Nos delati fuerint, qui cùm ſuo Officio, tum verò mandatis noſtris ſatisfacere nollent, Nos id impune non feremus. Quæ quidem ſubimpreſſa omnia Reverendiſſimo in Chriſto Patri Domino Nicolao, Archi-Epiſcopo Gneſnenſi, Legato nato, & Regni Primati, & alijs Co-Epiſcopis ſuis, cæterisq; Conſiliarijs noſtris, Nos pro Officio ſuo ea de re admonentibus, facturos eſſe verbo noſtro Regio, polliciti ſumus, & firmiter ſub ſacramento fidei noſtræ Regiæ, ſubditis noſtris per nos in inauguratione noſtra præſtito obſervare volumus. In cujus rei fidem, & evidentius teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Cracoviæ Feriâ VI. poſt Feſtum Conceptionis B. V. MARIÆ, Anno Domini 1550. Præſentibus Reverendiſſimo & Reverendis Patribus, & D. D. Nicolao Dźierzgowſki Archi-Epiſcopo Gneſnenſi, Legato nato, & Regni noſtri Primate; Andrea Zebrzydowſki Cujavienſi, Andrea Noſkowſki Plocenſi, Joanne Dźiaduſki Præmislienſi, Joanne Drojowſki Chełmenſi, Staniſlao Hoſio Culmēſi, Leone Słończewſki Camenecenſi, Epiſcopis: nec non Magnificis & Generoſis, Joanne Comite in Tarnow Caſtellano

Cracovienſi, & Exercituum Regni noſtri Duce Supremo, ac Sandomirienſi, Strienſi, Lubaczowienſiq; Capitaneo; Petro Kmita, Comite de Wiſznic, Palatino Cracovienſi, Regni noſtri Supremo Mareſchalco, & Præmiſlienſi, Szcepuſienſi, Colenſiq; Capitaneo, Martino Zborow, Caliſſienſi, & Odolanow: Stobnic: Szydlow: Capitaneo; Spitkone de Tarnow, Siradienſi, & Brzeznicenſi, Krzepicenſi, Krceſzovienſi, Capitaneo &c.

X.

Ejusdem Conſtitutionis mandatur ſeria executio Generali Majoris Poloniæ Anno Domini 1555.

Magnifico Ianuſſio de Kośćielce Palatino Siradienſi, & Majoris Poloniæ Generali, Naclenſiq; Capitaneo, ſincerè nobis dilecto, in abſentia ejus, vice-Capitaneis, ſive locum tenentibus, gratiam noſtram Regiam.

MAgnifice ſincerè nobis Dilecte. Non dubium ſinceritati tuæ arbitramur, in proximè præterita Convocatione, eã eſſe de Noſtro, Conſiliariorumq; Regni noſtri, conſilio, inter alia conſtitutam ordinationem: quâ quælibet innovationes in Religione S. Orthodoxa, & Schiſmata, conventiculaq; privata in Civitatibus & oppidis noſtris, per quascunq;

cunq; perſonas, cujuscunq; ſtatûs, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes, publicè vel ocultè peragi, & celebrari omninò prohibita ſunt; cui quidem ordinationi ſatisfacere cupientes, Mandamus ſinceritati tuæ, ut, ſi quis ejusmodi rerum novarum ſtudioſos, innovationesq; & Schiſmata, & conventicula privata, in ipſis civitatibus, & oppidis noſtris, domibusq; tam Civium; quàm quorumcunq; Nobilium, publicè vel occultè peragere comperit, vel qui ex parte Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Poſnanienſis, aut ejus Officialis, ſinceritati tuæ delati fuerint, eos ipſos pro debito ſui officij, ex civitatibus, & oppidis eliminare, & pellere debeat, uſusq; & inhabitationes, ejusmodi civitatum noſtrarum, ipſis interdicat; vel ſi rebelles fuerint pro magnitudine exceſſus puniat, & caſtiget; ſecus pro gratia noſtra nè fecerit. Varſaviæ 27. Junij anno Domini 1555. Regni noſtri vigeſimo ſexto.

XI.

In Comitijs Regni Parczovienſib9 Anno Domini 1564. ſub Sigiſmundo Auguſto pœna exilij, ac aliæ cōtra Hæreticos ſtatuūtur.

VNiverſis Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis, Pro-Conſulibus, Conſulibus, tam in Caſtris, quàm in Civitatibus & villis, ubicunq; in Regno & Dominijs Noſtris, ſincerè & fideliter dilectis, gratiam noſtrã Regiam. Sincerè & fideliter Nobis dilecti. Ex multis extraneis, tam veteribus, quàm recentibus

 hiſtorijs

hiſtorijs, ac deniq; etiam propriâ noſtrâ experientiâ, ad oculũ videmus, quòd quævis fides, ſeu ut vocant Religio, ubi ea ab omnibus unanimiter tenetur, firmat, & conſervat Regna in ſuo vigore; è contra ubi præter hanc, unicuiq; novam fidem introducere, aut eam arripere liberum fuit, hæc certè res, ſi quæ unquam magis potentiſſima Regna in nihilum redigit. Quod ſi qnævis, ac deniq; etiã Ethnica efficere valet; longè magis noſtra Chriſtiana, quæ quemadmodum ſola vera eſt Religio, ita etiam, ubi uniformiter tenetur, & concorditer, ejus in unitate Eccleſiæ Catholicæ fit confeſſio, manifeſtam benedictionem DEI, poſt ſe trahit; ubi verò ſecus, apertam maledictionem. Id, quod tam ex noſtra, quàm Prædeceſſorum noſtrorum memoria, palàm demonſtrari poteſt. Quamdiu enim tempore Prædeceſſorum noſtrorum concors circa fidem conſenſus in populo fuit, tamdiu etiam legum, Officiorum, pudoris naturalis, magnus inter mortales reſpectus habebatur. Ac perconſequens res tam univerſim, quàm ſpeciatim omnes, manifeſtâ planè à DEO felicitate, & inſigni gloria, apud vicinas gentes, inclareſcebant; adeò, ut tota hæc tamq; ampla ſphæra, omniſq; hic relucens ſplendor Regnorum noſttorum, qui tum temporis, DEI gratiâ, ad noſtras manus devolutus eſt, (ingenuè fateri poſſumus.) ſolâ Chriſtianâ, unanimi fide ab Anteceſſoribus noſtris adeptâ, ſexcentis annis ad hæc usq tempore viguerit. Poſtquam verò his aliquot annis, timoris DEI, & noſtri cum illo conſortij obliti, varijs

Religio-

Religionibus ſumus permixti, animadvertet, qui penitius volet inſpicere, quantum & jura labefacta-ta, & jurisdictioni, ſua detracta authoritas, & naturalis verecundia; obedientiaq; extincta, ac proinde & nos, & Reſpublica in tanto turbido, & confuſione extitit, ut interdū nec ſalubre conſilium dare poſſimus, ac ſæpenumero, quod bene conſultum fuerat, ad optatum effectum difficulter deduci poſſit. Quod absq; omni dubio, juſtâ DEI irâ, & pænâ Nobis accidit. Etenim, quia hactenus paſſi ſumus homines leves, atq; palàm contra DEI Majeſtatem, Eccleſiam Chriſtianam Catholicam blaſphemias effutientes, qui neſcitur unde exorti, tantùm abeſt, ut opera DEI, & Myſteria, & ſacraria noſtræ fidei pro ſuo libitu æſtiment: quin ipſi etiam Filio DEI apertè audeant derogare, & quod ab humano, & Angelico intellectu tectum, hoc ſuis ſenſibus ſcrutari non verentur. Eapropter fortè D. DEUS, in his ordinarijs, quæ ad Rempublicam pertinent, negotijs, noſtras intentiones confudit, ut rarò admodum quidquam, ad efficacem, & Reipublicæ commodum finem deducere poſſimus. Quæ cum ita ſint, de communi conſenſu omnium noſtrorum Senatorum, qui hic nobiſcum in his Generalibus Parczovienſibus Comitijs, præſentes adfuerunt, Decreto noſtro Comitiali, hoc adinvenimus, & plurimum in modum mandamus, ut omnes extranei, qui propter Religionem ex alijs Regnis vel Dominijs, huc ad nos profugerunt, & qui ab univerſali Chriſtiana fide ſeparati, novam qua-

lemcunq; doctrinam circa fidem, quà privatim, quâ publicè in suis cætibus, & quâ verbo, quâ scriptis tradunt. Hi omnes ad summum post Festũ S. Michàélis tertio die, ex omnibus Nostris Dominijs excedant. Quos Nos jam vigore hujus Decreti Nostri, ex Nostris terris proscribimus, & proscriptos esse volumus, denuntiantes id unicuiq; illorum, quod ubicunque quispiam illorum visus abhinc, aut inventus fuerit, is ubiq; ab Officio nostro Capitaneali capi, & judicari, æquè ac alius malefactor puniri debebit. Et insuper, si quid simile ei à quocunque alio, & non Nostro Officio contigerit, nullum aliũ præter semetipsum culpare debebit. Nullo etenim modo id amplius pati possum9, ne ob scelus horum profugorum, & levium hominum, D. DEUS nos omnes, & Regnum nostrum, cujus Nos Custodem constituit, diutius puniat. In quod, casu quo Nostri Capitanei, non adnimadvertant juxta hoc Decretum nostrum, parcendo cuipiam, aut prorsus suo Officio non satisfaciendo, tum Nos contra ejusmodi, ut & contra eos Officiales, qui juxta Officium suum Constitutiones Comitiorum exequi nolunt, procedemus, eosq; puniemus. Ac præterea etiam Nostris subditis, præsertim inferioris Status hominibus mandamus, ne se novis, & extraneis ullis doctrinis, in aliud Evangelium, præter hoc, quod ab initio in Regnum hoc illatum, Nobisq; de manu, in manum traditum est, abduci permittant: sed quemadmodum subjectionem nostram, verbo & alis signis, apud Rempublicam

agno-

agnoſcunt, pari ratione Religionem, & fidem Noſtram, quam ab Anteceſſoribus acceptam conſtanter tenemus, imitentur. Præſertim caveant, ne proprietate hujus novæ, & venenatæ ſectæ infici ſe ſinant, quæ ſecta arroganter de ſe ſentiens, temerariè os ſuum in cælum levavit, & de æterna Incomprehenſibili Deitate, hoc in vulgus ſpargere non erubeſcit, quod & arrogantiam magnam includit, & Hæreſim. Qua in re, ſi hoc mandato noſtro cohiberi noluerint; nos longè ſeveriora mandata, ad Officiales Noſtros, dari præcipiemus; ut unumquēque talem refrænent, nihilq; ejusmodi præſumere permittant, quod contra Noſtram, & univerſæ Eccleſiæ Catholicæ conſvetudinem ſit, & aliquam publicam perturbationem cauſare poſſit. Et, ne poſtmodum ullus horum ignorantiam prætendat: Mandamus omnibus, ſupra nominatis, ut hoc Decretum Noſtrum ubiq; publicare, & à Præconibus, juxta morem clamoſa voce, intimari jubeant; ſub gratia noſtra. Datum in Generali Regni Convocatione Parczovienſi, Die 7. Auguſti, Anno Domini 1564. Regni Noſtri XXXV.

XII.

Proteſtatio Jacobi Uchańſki, Primatis Regni Poloniæ A. D. 1573. Contra Confœderationē Varſavienſem ſub Kamień anno eodē ab Hæreticis procuratam.

COmparens perſonaliter coram Officio, & Actis præſentibus Capitanealibus Caſtrenſibus, Sochaczowis

czowienſibus, Reverendiſſimus in Chriſto Pater, Dominus Jacobus Uchańſki, DEI gratiâ Archi-Epiſcopus Gneſnenſis, Legatus natus, & Regni Poloniæ Primas, ſuo & aliorum omnium, & ſingulorum ſibi adhærentium, tam Spiritualium, quam Sæcularium, fidem & obedientiam S. R. E. profitentium, nominibus, proteſtatus eſt, & proteſtatur ſollenniter, coram Officio præfato, & Honeſtis, Staniſlao, Luca, & Laurentio Kucharz, Miniſterialibus Generalibus Regni, & Nobilibus, Marcellino Szyſtowſki, Balthaſaro Wilkoſzewſki, Matthia Chrzewſki, Staniſlao Tychowſki, & alijs pluribus, ibidem circa infra ſcripta exiſtentibus, in & contra Magnificum Sigiſmundum Wolſki Caſtellanum Czernenſem, Capitaneum Varſavienſem, & ipſius Officium pro eo. Quia ipſe, fungens Officio ſuo Capitaneali Caſtrenſi Varſavienſi, ad inſtantiam, & juridicam Reverendiſſimi Domini Archi-Epiſcopi præfati, & Reverendiſſimorum DD. Adami Konarſki Poſnanienſis; Petri Myſzkowſki, Plocenſis, Alberti Starożrzebſki, Chelmenſis, Epiſcoporum, requiſitionem; prætendens ſe habere cauſas quaſdam, non tamen juridicas, immò juri contrarias, noluit, & recuſavit, in damnum, & injuriam præfatorum omnium proteſtantium, & aliorum præfatorum ipſis adhærentium, ſuſcipere ad acticandum, & ingroſſandum in Acta Varſavien: proteſtationem ipſorum factam & inſcriptam, oblatam. Cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis. Nos Conſiliarij Spirituales,

tuales, & Sæculares, Noſtro, & Nuntiorum Terreſtrium, pro Convocatione Varſavienſi miſſorum Nomine, qui nomina ſua non dederunt in Confæderatione de diſſidio Religionis, in eadem Convocatione, à quibuſdam Conſiliarijs & Nuntijs facta. Significamus, & Nos Manifeſtamus coram omnibus, & ſingulis, cujuscunq; ſint ſtatûs, vel Dignitatis in actis Caſtri hujus. Quòd cum Varſaviam conveniſſemus, ut tantùm de tempore & loco Electionis futuri Regis conſuleremus, aliqui ex Conſiliarijs & Nuntijs terreſtribus, certam inter ſe fecerunt Confœderationẽ,in qua,quanquã inveniantur aliqua, pro conſervatione pacis communis neceſſaria, ſunt tamen inſerta alia, non tantùm pro tunc, ſed in futuras ætates valdè nociva, præſertim cum prohibitus recurſus, in rebus ad Religionem ſpectantibus, ad omnes ſuperiores,quæ res viam & fores aperit ad diverſas ſectas, & omnem diſordinem; cùm poſſent facile eradicari omnes ſectæ, non tantùm hæ,ſed & illæ turpiſſimæ, uti ſunt Adamitarum, Turcarum, & aliæ his ſimiles,quæ etiam ad Paganiſmum ducunt. Quod Nos præcavendo quamvis in omnia, quæcunq; in hac Confœderatione ſunt concluſa, libenter conſentimus, quæ ad pacem & concordiam univerſalem pertinent, tanquam hi, qui Patriam noſtram amantes, nihil magis votivum, quàm communem concordiam prænobis ferimus, & in eo ſolenniter nos manifeſtamus, qvòd in nulla morticina, in nullam effuſionem ſangvinis Chriſtiani, & præcipuè gentis noſtræ Polo-

næ, fratrumq; nostrorum charissimorum consentiamus, sed quinimo, quicunq; id aggrederetur, vel aliquam ansam ad id præberet, contra eum insurgere volumus & promittimus.

Sed etiam Confœderationem talem laudare non possumus, quæ superioritates, & Officia omnia aggreditur, quæ ad blasphemias Nominis Divini, & ad insolentias omnibus viam aperit, & per id leges, immunitates, & Nobilitaris statûs Libertatem, ad exitium ducit; & sic ex istis, & alijs rationibus accedente etiam metu, nè in futura tempora similis Confœderatio inter subditos nostros sub prætextu Religionis, & Libertatis Christianæ ad similes insolentias, & libertates occasionem præbeat, uti fuit proximis temporibus inter Rusticos Monasterienses (qui utiq; Lutherani erant) & in alijs locis in Helvetia, contra Dominos suos. Nos proinde hunc Articulum, de dissidio Religionis, qui in hac Confæderatione continetur, & multas res nocivas, & periculosas in se continet, respiciendo anteriores Confœderationes, & juramenta nostrorum Prædecessorum, quæ sunt contraria isti Confœderationi, considerando conscientias, & debitum nostrum, quod gloriæ DEI, superioribus nostris, Ecclesiæ CHRISTI, & Fratribus nostris, Statui Nobili debemus, nullo modo permittere eum Articulum, bonâ conscientiâ nostrâ volumus, nec possumus; sicuti non concedimus, & in actis præsentibus, publicè nos manifestamus; & volumus, ut hæc Protestatio, in ea, quâ eam facimus, forma, in acta inseratur.

Cùm

Cùm etiam terrestres Nuntij, pro hac Convocatione à Palatinatibus missi, denuntiârint, quòd hoc commissum à Nobilitate non habuerunt, immò expressa mandata habuerunt à Fratribus suis, ut in hac Convocatione, nihil novi attentent, nihilq; tractent, nisi de tempore & loco Electionis futuri Regnantis, sicut publicè in Consilio se declarârunt, quòd hanc Confœderationem, nullo modo, nec possunt, nec volunt approbare.

XIII.

Protestatio Palatinatûs Plocensis Anno eodem 1573. contra eandem Confœderationem.

Actum in Castro Plocensi, feriâ quintâ ante festum Nativitatis B. MARIÆ proximâ, Anno Domini Millesimo, quingentesimo, septuagesimo tertio. Coram Generoso Stanislao Męczynski, Vice Capitaneo & Judice causarum Officij Castri Plocensis.

Venientes ad Officium præsens Castrense Plocense, Magnifici D. Stanislai Sandivogij, à Czarnkow Referendarij Regni, Plocensis, Drahimenensisq; Capitanei. Generosi, Nicolaus Kosobucki, Notarius terrestris Plocensis; Jacobus Lisadowski Dapifer Nurensis. Nomine Dignitariorum, & consiliariorum, ac Officialium, totiusq; Nobilitatis, in Conventione particulari Raciąż congregatæ, exi-

ſtentes, ad infra ſcripta ſpecialiter Deputati, & deſignati, reproduxerunt Proteſtationem, manibus Reverendiſſimi in Chriſto Patris, Domini Petri Myſzkowſki, DEI gratiâ, Epiſcopi Plocenſis, & Magnifici Alberti Kraśiński Caſtellani Sieprcenſis; Nicolai Koſobucki, Notarij terreſtris Plocenſis ſubſcriptam, ſigillisq; ut ſigillo terreſtri, necnon præfati Magnifici Caſtellani Sieprcenſis, communitam, & obſignatam, in præfata Conventione particulari Raćiąż, ad Confœderationem in Convocatione Generali Varſavienſi, Electionis Regis proximè præterita, per nonnullas perſonas factam, quam cum ſpeciali mandato omnium Ordinum Nobilitatis terræ Plocenſis, inſeri & ingroſſari petierunt. Et Officium præſens Caſtrenſe Plocenſe viſa præfata proteſtatione, attendens ipſorum juſtam petitionem, eandem proteſtationem, in Acta præſentia Caſtrenſia Plocenſia ingroſſari & acticari admiſit, ſimulq; & mandavit. Cujus proteſtationis tenor de verbo ad verbum ſequitur, eſtq; talis:

Nos Senatores, Spirituales, & Sæculares, Dignitarij, Officiales, & univerſus Ordo Equeſter Palatinatûs Plocenſis, omnibus & ſingulis, quorum intereſt, ſignificamus. Quamvis nihil præclariùs, nihil Reipublicæ utilius eſſe judicamus pace interna, & unanimi omniũ Statuum amore, & concordiâ & quicunq; illam ſeu diſturbare, ſeu convellere vellet, contra talem inſurgere, etiam cum jactura ſubſtantiarum noſtrarum, & vitæ, parati ſumus. Attamen uti pacẽ diligimus, & diligenter cuſtodimus; ita etiam

ita etiam

ita etiam conſpirationes ſingulares Perſonarum, vel ſtatuum aliquorum, qui ſub nomine Pacis, & concordiæ, gloriam DEI peſſundant, & libertates noſtras communes ad nihilum redigunt, & ad turbines majoresq; diſſenſiones januam pandunt, laudare, & adjuvare, nec poſſumus, nec volumus unquam.

Idcircò cum ab aliquibus perſonis, tam in Convocatione, quàm in Electione novi Regis, ſub Varſavia, quædam Confœderatio in cauſa Religionis conſcripta, & ad ſubſcriptiones, & ſigilla aliorum eſſet porrecta, quòd eam in convocatione Nuntij noſtri, in electione verò Fratres, qui eò convenerant, ſubſcribere noluerunt, magnis id laudibus gratitudineq; excepimus; nam & illi non habuerunt tale à nobis commiſſum, nec iſti quidquam nomine noſtro ſtatuere potuerunt, præter electionem, in qua ſola jus ræpræſentativum habuerunt.

Nominatim verò Reverendiſſimo Domino Petro Myſzkowſki Epiſcopo noſtro, æterna ſit à nobis, & poſteris noſtris, laus & gratiarum actio, quòd ipſe muneri ſuo, uti bonum Paſtorem decebat, firmiter inhærens, in tam nocivas conſcriptiones, ſeu Confœderationes, quæ gregem ipſi commiſſum virulento veneno inficere poſſent, conſentire renuit; quinimo propter veram DEI Eccleſiam, inimicitias, & pericula quævis, incurrere paratus erat, uti nobis Fratres noſtri, ibi tunc præſentes, præclarum ejusmodi dederunt teſtimonium.

Quapropter Paſtoris noſtri, & clariſſimorum Fratrum conſtantiam imitantes omnes & univerſi

nunc manifeſtamur: quòd in hanc Confœderationem nequaquam conſentimus, nec eam acceptare, aut apud futurum Regem promovere volumus, ex juſtis, & ponderoſis rationibus.

Nam etſi hæc Confœderatio, velit præſeferre, quaſi pacem & concordiam in Polonia confirmare intendat; ſed qui eam penitiùs introſpiciet, facilè animadvertet, quòd ſub hac decora ſpecie, crudele propinet toxicum (quodſi DEI bonitas id non averterit) Regnum Poloniæ infallibiliter trucidabit.

Siquidem offendit DEUM, offendit proximum, offendit & conſcientias noſtras, quinimo Regnum ipſum in magnum ac fœdum opprobrium, leges, privilegia, ac libertates noſtras, in evidens adducit periculum; DEUM Optimum Maximum offendit in hoc, quòd non tantùm falſæ Religioni ſed & blaſphemiæ, ac tandem & paganiſmo, & omni nefariæ ſuperſtitioni, iter in Poloniam monſtrat.

Si enim cuivis licitum erit credere, prout vult, hoc autem certè licebit, dum nulla in Hæreticos erit pœna: dicet unus, quòd Chriſtus non ſit verus DEUS; alius aſſeret, quòd Machomet, eſt verus Deus, tertius non verebitur affirmare, quòd nullus ſit DEUS; horum verò neminem ulla juriſdictio ſive Spiritualis, ſive Sæcularis punire poterit, quia eum Confœderatio proteget. Et ſic in Polonia blaſphemia, ſic Alcoranum Turcicum, ac deniq; ipſe paganiſmus refloreſceret.

Si etiam quiſpiam ex ſchola Adamitarum, apud quos nemo quidquam habet propriū, prorumperet, & alie-

& alienam ciſtam, ancillam, vel uxorem attrectare vellet, relinquatis ipſum; quare? ita credit omnia communia. Per quod Polonia, inclytum illud, & glorioſum apud exteras Nationes Regnum, fieret ſpelunca latronum; uti jam, pro dolor! ingentem horum latronum, & latrociniorum videmus copiam. Nam quos ipſimet Hæretici aliunde expellunt, hi ad noſtram Poloniam, uti ad propriam domum currunt; hi apud nos Apoſtoli, hi conſcientiarum Moderatores, hi movent turbines, hi miſcent omnia, hi ſangvine caræ noſtræ Patriæ, (*o tempora! o mores!*) paſci volunt. Si verò hæc Confœderatio effectum ſortiretur, eò major talium augeretur numerus.

Offenſio verò proximi per hanc Confœderationem eſt in eo, quòd cùm Reſpublica ſic ſtatuiſſet, ut omnis juriſdictio in Spiritualibus penes Sacerdotium remaneret, de quo publica Privilegia noſtra teſtantur; præcipuè Jagellonis in Gedlna, quæ dignitatum Regni, tam Sæcularium, quàm Spiritualium, non tantùm jura, ſed & conſvetudines confirmant & approbant. Quomodo igitur ſine magna injuria ſtatûs Spiritualis, poteſt ipſi auferri judicium falſæ Religionis, aut doctrinæ, quod ab eo ipſo tempore, quo in Polonia fides Chriſtiana cæpit, totaliter & inviolabiliter, usq; ad hæc tempora tenuerunt, & poſſederunt.

Et hæc eſt prima injuria. Altera, dum in una villa aliquot erunt Domini: & unus ex ejs ſequutus hanc Saxonicam Religionem: Eccleſiam Catholicam

pro-

profanabit. Quid in hoc passu alij Domini facient? jure agere non licet, quia Confœderatio id permisit. Igitur, vel vim vi repellere per aggressiones, per duella, vel hanc injuriam pati debebunt. Præterea ad unam Parochiam, multæ Nobilium villæ sæpe pertinent, si verò Hæreticus Ecclesiæ Collator, talem, cujus ipse est, Religionem, & Sacerdotem illuc inducet, quid facient alij Parochiani? si eum citabunt ad jus, nihil lucrabuntur ob hanc Confœderationem, si id negligent, aliud Templum quærere debebunt. At si, & secundum, & tertium, & quartum, ejusmodi Collatores corrumpent, quomodo illi boni homines, & constantes Catholici, sine templo permanebunt, absq; evidenti periculo, vel perversionis, vel in Paganismum reversionis?

Itaq; per hanc Confœderationem, qui erit bonus, qui pacificus, hic injuriam patietur; qui verò turbulentus, inquietus, huic nec jus, nec ulla potestas, aliquam inferet molestiam; & quare? quia Confœderatio ita dicit, quòd hoc sit fundamentum pacis, & internæ concordiæ, ut qui injuriam est passus, taceat, qui eam intulit, in pace maneat. Sed fallax hæc est spes pacis, lædens in vitro scribit, in marmore læsus. Advertent quidem id homines, & si hoc signum per media justa excutere non poterunt, ad vim & violentias recurrent, & sic exardescet civile bellum, quod hac ratione evitare satagebamus.

Offendit etiam conscientias, quia unusquisq; nostrum ideò suam Religionem, firmiter & constanter colit,

ter colit, quòd eam existimet esse meliorem, & veriorem alijs, quas uti falsas abominatur. Cum igitur vel nostra Apostolica antiquaReligio est vera, vel hæc in Germania noviter nata, quomodo per DEUM vivũ, vel nos ipsis eorum Religionem, vel ipsi nobis nostram permittere poterunt, absque læsione conscientiæ.

Penes honestam Conjugem, quomodo quis bonâ conscientiâ, meretricem tolerare poterit? hæc verò Confœderatio pro uno id reputat, & æqualiter utrumq; æstimat. Si autem hoc modo conscientia quietari possit? quivis Judex esto. Ergone tunc vobis speranda optima pax, dum Gloriam DEI destruemus? proximo nostro injuriam faciemus? & conscientiam nostrã cauteriatam reddemus, complaceat sibi, qui vult in hoc invento, aduletur sibi, ut cuivis libet, non evincet id ut falsitatem cum veritate, lucem cum tenebris combinet, & Christum cum Belial in eodem altari statuat, ut abhinc pacificè secum habitet.

Impossibile est, ut DEUS tam impium opus gratiâ suâ benedicat. Pax est donum DEI; qui verò unitatem fidei rumpit, hic nihil habet cum DEO: quinimo sit talis certus, quòd DEUS primùm nos ipsos adinvicem committet, deinde nos hosti fidei Christianæ tradet, uti Bohemis, & Hungaris vicinis nostris ob eandem fecit causam. Quomodo ergo nos homines pacifici, homines supra bonum Reipublicæ nihil apud nos antiquius habentes, poterimus consentire in id? quod Regno no-

ſtro, certam & æternam, allaturum eſt perniciem.

Præterea quid unquam poterit eſſe inconvenientius in Republica noſtra, quàm id, dum apud nos ille, qui bovem, vaccam, porcum, capram furabitur, pænam condignam luet, qui verò templum DEI expilabit, Altaria invertet, Sacerdotes expellet, Sanctos DEI, Imaculatam, & nunquam condignè laudandam Virginem DEIPARAM profanabit, gloriam DEI annihilabit, Nomen Domini Sabbaoth, ipſis malignis ſpiritibus tremendum blaſphemabit, & vilipendet, talis inquam pacem habebit, talem ſi quis punire vellet, jam eo ipſo pacem internam turbaret, charitatem & concordiam ſcinderet, ideoque contra ipſum, tanquam contra hoſtem Regni omnes conſurgere deberent.

O Clementiam noſtram! aliæ Nationes in pietate & juſtitia, fundamenta pacis, & concordiæ ponebant: Nos verò miſeri Poloni, in impietate & injuſtitia putamus nos à ventura ira DEI poſſe abſcondi. Sed miram rem! quomodo peccatum, mox ſequitur pœna DEI, quod in hac Confœderatione facilè adverti poteſt. Quæ dum falſæ Religioni ſecuritatem providet, caram noſtram libertatem periculo exponit.

Conſtat id omnibus, quòd Reges & omnes Dominos, nihil aliud in officio continet; niſi jusjurandum: quia ratione illius leges, & libertates ſubditorum ſemper reſpicere debent ſcientes quòd DEUS perjuros ſeverè puniat. At verò Confœderatio quid aliud agit? quàm ad tollendum & infirman-

mandum, iſtud juramenti robur, latam aperit viam.

Quia ſi cuilibet licebit, Religionem, quameunque voluerit aſſumere, cur & ipſi Regi idem non liceret? ſi verò Rex dicet, ita ſe credere, quòd juramentum, præter DEI præceptum factum non tenet. Quod hi aſſerti Evangelici ipſi prohibere non poſſunt, quia apud illos recta, & indubitata propoſitio eſt: nihil eſſe recipiendum præter ſcripturas. Oſtendant igitur vel in S. Scriptura, ubinam aliquis Rex juraverit, ſuper libertates ſubditorum; vel quòd DEUS præceperit ſub juramento eas ſpondere? oſtendant in quo Evangelio ſcriptum ſit: neminem captivabimus, niſi jure victum. Oſtendant quisnam Prophetarum ſcripſit nihil novi ſtatuemus, niſi cum conſenſu Conſiliariorum, & Nuntiorum. Dicant in quo Pſalmo Rex David, ſupra haſtam extra finem Regni nobilitati quinq; marcas pollicetur; & ſic de cæteris libertatibus, & ita Rex Evangelicus aſſertus, ex his rationibus, juramentum ſuum levipendere, ac infringere totaliter poterit.

Quia, ſi alia vota, uti caſtitatis & Religionis nihili ſibi ducùnt, quam ob rationem juramentum ſuum deberet habere valorem? cum ſit idem votum, quo Princeps vovet DEO teſte: ſe jura & libertates ſuorum ſubditorum, plenè conſervaturum. Violato igitur juramento, Privilegia & Statuta noſtra abijciet & juxta Biblia judicabit, Prout non ita pridem, quidam Capitaneus iſtius ſectæ facere non dubitavit. Si igitur Rex illa præjudicia

attentaret, quid esset faciendum: ad vim recurrere non licet: Confœderatio enim obstat, juxta quam relinquendus esset in pace, & arbitrio suo; ita enim credit.

Et sic in Polonia turbines, alij ad hanc, cæteri ad aliam partem accedent; ergo vel ad manus deveniendum, vel libertatibus æternùm valedicendum. His igitur rationibus, ut cuivis patet, justis, in hanc Confœderationem non consentimus, imò, bonâ conscientiâ consentire non possumus, sed antiquam fidem, quam ab Ecclesia Romana accepimus, firmiter, & constanter tenendo, & gloriosos Parentes nostros imitando, qui turbulentis illis temporibus Bohemicæ Hæresis, non permittebant falsam Religionem, sed potiùs eam prohibendo & impediendo, pacem & concordiam in hoc Regno conservârunt, penes antiquas Confœderationes stamus, & successores nostri stabunt &c:

Quam nostram Protestationem ex Senatorio Ordine, Dominus Albertus Kraśiński Castellanus Sieprcensis sigillabit. Ex Equestri verò demandavimus eam sigillari Terrestri Sigillo, & deputavimus è medio Nostri Generosos, Jacobum Łysakowski Dapiferum Nurensem, Capitaneum Raćiążensem, Nicolaum Kosubucki Notarium Terrestrem Plocensem, quatenus hanc Protestationem nostram in Actis Castrensibus Plocensibus ingrossari facerent. Acta sunt hæc Raćiąży in Conventu Generali Palatinatûs Plocensis, die 1. 7bris Anno 1573.

Excer-

XIV.

Excerptum Literarum Cardinalis Hoſij ad Henricum Valeſium, cum Oratores ejus admiſerunt articulum de Diſſidentibus. A. D. 1573. ſcriptarum.

QUid ſcribam, aut quomodo? neſcio, ſed nec loqui ſcio; quod factum eſt, probare non poſſum. Itaq; cùm ipſe neq; ſcribere jam, neq; loqui ſciam, ejus qui per excellentiam quandam à Græcis Theologus dictus eſt, Epiſtolam viri & doctiſſimi & SS. Majeſtati Veſtræ mitto, quam ut legi ſibi jubeat, ſupplex oro, nam quod ego, ſi præſens adeſſem, dicturus fuiſſem, dicet hoc vir ille Sanctiſſimus, atq; doctiſſimus, ego nihil aliud habeo, quòd dicam, quam peccatum eſſe graviter.

Hoc me conſolatur, quòd non Herodem Regem habemus, qui quòd impiè promiſit, majore cum ſcelere adimplevit: ſed eum, quem ad Regem David acceſſurum, quàm proximè ſperamus. Juravit & ille ſe Nabal occiſurum, quadam execratione, ſed cum magna laude ſua, quod incautè juravit, non præſtitit. Hic non unus Nabal occidendendus promittitur ſed multa millia animarum, in Diaboli poteſtatem trahenda.

Supplex Majeſtatem Veſtram peto ſicut Petrum peccando eſt ſecuta, ſic & pro peccato ſuo ſatisfaciendo Petrum imitetur, errorem ſuum corri-

gat, & ſciat, quòd juramentum non eſt vinculum iniquitatis, nec ullius abſolutionis indigere ſe ab hoc juramento ſibi certo perſvaſum habeat. Quandoquidem caſſa & irrita ſunt omnia omni jure, quæ per Majeſtatem Tuam parùm conſideratè facta ſunt. Hæc ego cum magno animi mei dolore Scribo, tanquam Cardinalis & Epiſcopus, cui nil ſalute animæ ſui Regis & Domini, prius eſſe debet, & antiquius.

Quæſo ut in eam, in quam ſcribuntur, partem accipiat, quod eam tantò libentiùs facturam mihi perſvadeo, quòd extortum hoc ab illo juramentum eſſe non impetratum ſcio. Quo majorem in Domino ſpem, & fiduciam habeo collocatam quòd hæc mea admonitiuncula ex ſummo meo ſtudio, & obſervantia erga Majeſtatem veſtram profecta boni ſit conſultura, & quam omnes Chriſtiani Catholici, de illius in fide Orthodoxa tuenda, conſervanda, & propaganda, omniq; perfidiarum genere procul ex Regno ſuo propulſando, ſpem & expectationem conceperunt, eam non fallet unquam ſed magis in dies, atq; magis confirmabit. Datum 19. Octobris Anno 1573.

XV.

Decretum ex Synodo Provinciali Gneſnenſi ſub Iacobo Vchańſki Archi-Epiſcopo Gneſnenſi, Petricoviæ 1578. Contra Confœderationem.

Ex Conſtit: Synodal. lib: 1. De Fidei Vnitate fol. 7.

Quia

QUia huic professioni fideì nihil magis adversatur, quam fœdus illud tempore Interregni ante electionem Serenissimi Regis Henrici in Convocatione Varsaviensi conceptum; propterea ad exonerandas conscientias, & puritatem fidei Christianæ conservandam, apertè S. Synodus profitetur, fœdus illud reclamantibus Ordine Eclesiastico & Catholicis; & contra piam ipsius Regis voluntatem, ut postea publicè & privatim sæpè declaravit, factum quo permissa fuit in hoc Regno licentia credendi, quid quisq; velit (sine ulla cujusq; Officij coërcitione) esse illicitum; cum morte & inferno ut dicit Isaias percussum, contra Divinas leges, contra Canones Sacros, contra communes leges Sanctissimè institutas; contra anterius totius Regni fœdus, & Regni, Regumq; Poloniæ Sanctissimas & pijssimas Constitutiones (quæ dum observatæ fuerunt, fides sincera & inviolata permansit; at earum observantiâ remissâ, Hæreses pallulârunt) contra rationem ipsius Juramenti, & in confusionem Ecclesiæ Christianæ, in pessimum & perniciosum exemplum, in perniciem Ecclesiæ & fideliũ, in finem fovendorum atq; augendorũ dissidiorũ, blasphemiarũq; & ad scindendam pacem, & unitatem veræ fidei Catholicæ, & inconsutilis tunicæ, hoc est Ecclesiæ JESU CHRISTI, quæ una sola est, quam nisi quis inviolabiliter servaverit, salvus esse non poterit: contra ipsam postremò rationem, cum nec ipsa rerum natura, ferat, duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse. Ne tali permissione juratâ & usurpatione, ve-

ritas

ritas fidei Catholicæ quoquomodo in dubium vocari videatur, & eorum doctrinæ inter se alioqui pugnantes, quàm nostra sibi perpetuo constans, veriores existimentur. His & alijs causis, ubi antea nunquam Ordo Ecclesiasticus, & Catholici consenserunt, quinimò omni loco & tempore, tam in Gallia, quam postea in Coronatione Regis Henrici: itemq; post Serenissimi Regis Stephani laudatæ memoriæ electionem, & in Andrejoviensi Conventu, & in Coronatione repetendo & commemorando, contradicebant & solenniter protestabantur: Ita & nunc eadem S. Synodus, approbando omnes ejusmodi superiores protestationes, declarat hujusmodi fædus & pactum esse contra DEUM, paciq; & unitati FideiChristianæ contrarium & perniciosum: de quo coram DEO & Angelis ejus sollenniter protestatur, contradicit, illamq; anathematizat. Si quis autem cujuscunq; tandem status aut conditionis prædictum fœdus approbare, tueri, defendere, aut illi consentire velit: hic authoritate hujus Sanctæ Synodi, Spiritualis quidẽ anathema declaratur, ac ab Officio suspensus, beneficio quoq; privatus esse decernitur: Sæcularis verò excommunicationis sententiam ipso facto incurrat.

BUL-

BVLLA
SIXTI V. PAPÆ.
De Coronandis Regibus Poloniæ Anni 1589. Quæ prohibet promoveri Hæreticos ad Regiam, & alias quasvis dignitates.
Ex Zalaſzovio. Jur: Reg: Pol. lib: 1. tit XIX.

SIXTUS EPISCOPUS
Servus Servorum DEI. Ad perpetuam rei memoriam.

PAſtoralis Noſtra ſolicitudo, quam pro tuenda ubique gentium & locorum, propagandaq; Catholica Religione ſuſcipere tenemur, Paternaq; Charitas quam erga inclytum Poloniæ Regnum in viſceribus Chriſti præcipuè gerimus, & ſingularis Zelus Orthodoxæ Fidei, ſinceraq; erga Romanos Pontifices, Sanctamq; hanc Sedem devotio, quam ipſum Regnum, præſertim verò illius Prælati hoc maxime tempore præſeferunt: jure optimo Nos inducunt, ut ijs quæ pro conſervatione ejusdem Catholicæ fidei & pro publica ejusdem Regni quiete & tranquillitate piè ac prudenter à Prælatis præfatis ſtatuta fuerunt, Apoſtolicæ confirmationis robur, ijsdem Præſulibus ſupplicantibus, benigne impertiamur. Nuper ſiquidem, ſicut expoſitum Nobis fuit, in Synodo Provinciali Petricovienſi de more celebrata, Venerabiles Fratres Noſtri Archiepiſcopi & Epiſcopi Metropolitanarum & Cathedralium dicti Regni Eccleſiarum

ſimul congregati, & convenientes in unum, ut more vigilum Paſtorum gregem Domini curæ ſuæ creditum ab imminentibus luporum periculis incolumem, quantum in eis eſt, præſervarent, ſimulq; unioni & paci ipſorum Prælatorum Procerum & Populorum ejusdem Regni conſulerent, inter alia ſub Noſtro & ſedis Apoſtolicæ beneplacito ſtatuerunt, ordinârunt, & decreverunt.

Quòd tam in præſens, quàm in futurum nemo unquam agnoſcatur, nec recipiatur, in Regem Poloniæ, niſi fuerit verè Catholicus: quiq; Sanctam Catholicam & Orthodoxam fidem, quam Sancta Romana & Apoſtolica Eccleſia tenet, docet, & prædicat palã & publicè profiteatur & ſequatur, & in unitate ejusdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ permaneat: Quodq; pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Gneſnenſis, cui jus renuntiandi ſeu publicandi Regẽ ex Privilegio competere dignoſcitur, nominet; renuntiet, aut publicet, qui fuerit fidei dubiæ, & non ſit manifeſtè Catholicus. Ad tollendum verò diſſidij & inteſtini belli periculum, nullus Epiſcoporum & Prælatorum, contra jus Archiepiſcopi prædicti, poſt denuntiationem ab eo factam ſcilicet de perſona Catholica, & Servatis Regni ſtatutis & conſvetudinibus, in Electione Regis audeat nominare, renuntiare, aut coronare alium in Regem: alioquin à Regimine & adminiſtratione Cathedralis ſeu Metropolitanæ Eccleſiæ, cui præeſt, in perpetuũ eo ipſo ſit ſuſpenſus, atq; etiam omnib9 beneficijs Eccleſiaſticis, quæ quomodolibet obtinet, privatus exiſtat:

ſtat: Et nihilominùs hujusmodi nominatio, renuntiatio, aut coronatio, invalida & nulla cenſeatur, ac nullius ſit roboris vel momenti.

Ne quis Nominatus à Rege Poloniæ pro tempore exiſtente in Epiſcopum vel Archiepiſcopum ad Eccleſiam aliquam Cathedralem vel Metropolitanam, ex ijs ad quas pro tempore vacantiæ jus nominandi, ipſi Regi ex Privilegio Apoſtolico competit, aſſumat ſibi honorem, & locum, nevè in Regimine & adminiſtratione Eccleſiæ hujusmodi, illiusque bonorũ, quoquomodo ſe immiſceat, niſi priùs à ſede Apoſtolica eidem Eccleſiæ de Perſona ſua ſic Nominata provideri, ſeu in Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, Præſulem, & Paſtorem præfici obtinuerit, literis Apoſtolicis deſuper expeditis: ſi secùs fecerit, ad illam & ad aliam quamcunq; inhabilis omninò cenſeatur.

Quicunque ſive ex Senatoribus, ſive ex Nobilibus in promovendo Rege Hæretico opem, Conſilium, auxilium, vel favorem præſtiterit vel conſenſerit, aut ei jam promoto adhæſerit, præter alias cenſuras Eccleſiaſticas & pœnas, in quas eos incurrere Sacris Canonibus & Conſtitutionibus Apoſtolicis conſtitutum eſt, tam ipſe quam poſteri ejus & deſcendentes, ad omnes honores, dignitates & beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, perpetuò inhabiles & incapaces ſint, & eſſe cenſeantur.

Nullus Epiſcoporum ſeu inferior Prælatus audeat hæreticum hominem ad honores, dignitates, officia, vel beneficia ſpiritualia, & temporalia pro-

movere, vel promoveri facere, aut interceſſione opibus aut alia quâcunque ratione, ad ea aſſequenda juvare. Quodſi id attentare præſumpſerit, pænam privationis omnium & quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel officiorum, quæ obtinet, nec non ſuſpenſionis ut præfertur, à Regimine & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ ipſo facto incurrat, & ad alia obtinenda incapax prorſus exiſtat.

Quicunq; ex ijs, qui pro Catholicis ſe gerunt, tepidis nimirum & falſis fratribus, Apoſtolicæ ſedis authoritatem, jurisdictionem Eccleſiaſticam & jura decimarum publicè vel privatim directè vel indirectè in Conventibus, aut alijs in locis impugnaverit, tam ipſe, quam ejus poſteri ab ordinibus, honoribus, dignitatibus, & beneficijs Eccleſiaſticis in perpetuum arceantur, & ad illa ſemper inhabiles exiſtant.

Quoties ex neceſſaria communi & publica cauſa, ac de licentia ſeu permiſſione Sanctæ Sedis Apoſtolicæ conferendum eſt conſenſu publico ex bonis Eccleſiæ ſubſidium ſeu donativum aliquod Regi, vel Reipublicæ, illud per deputatos ſuos Epiſcopi exigãt, ne ſubditi & bona Eccleſiarum à Sæcularibus exactoribus expilentur, & prophanẽtur, ac varijs injurijs & damnis (prout plerumq; factum eſt) afficiantur. Si Epiſcopi aliter fecerint, pænis in Concilio generali Lateranenſi noviſſimè celebrato, & in Bulla Cænæ Domini legi ſolita, alijsque Sanctionibus Apoſtolicis contra eos, qui etiam ſponte offerunt, inflictis, eo ipſo ſubjaceant. Demùm, quod propter

omnes subitas dicti Regni necessitates & improvisos eventus, Thesaurus sive ærarium publicum & Commune omnium Regni prædicti Ecclesiarum, in aliqua Ecclesiæ Arce seu Castro, providè & accuratè instituatur, & cum omni diligentia & custodia asservetur.

Quæ omnia statuta & decreta, quò firmiùs & accuratiùs perpetuis futuris temporibus observentur, ijdem Prælati, per dilectum Vincentium de Seve, Præpositum Lascensem, & Internuntium, ab ipsa Synodo Provinciali ad nos missum, nobis humiliter supplicari fecerunt, ut illis Apostolicæ comprobationis robur adjicere, aliasq; in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur eorundem Prælatorum, ac ipsius Synodi pietatem, Sanctumq; & laudabile propositum plurimùm in Domino commendantes, eorumq; supplicationibus hac in parte annuentes: statuta, ordinationes, & decreta prædicta, prout superiùs descripta fuerunt, ex certa Nostra Scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium perpetuò confirmam9 & approbam9, eaq; præsentis scripti patrocinio communimus, & illis perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adijcimus, ac per eos, quos illa concernunt & concernent in futurum, perpetuò, firmiter, & inviolatè observari præcipimus & mandamus, omnesq; & singulos Juris & facti ac solenitatum & substantialium, si qui in eis intervenerunt defectus, supplemus, decernentes irritum & inane, si secùs super his à quoquā quâ-

vis Authoritate fulgente ſcienter, vel ignoranter contigerit, attentare. Non obſtantibus prædictarum Eccleſiarum, & quibusvis alijs contrarijs ſtatutis & conſvetudinibus etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis aliâ firmitate roboratis, & immemorabili tempore pacificè obſervatis; necnon Privilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda foret, tenores hujusmodi præſentibus pro expreſis habentes, ad effectum præſentium duntaxat, ac ſpecialiter & expreſsè derogamus, illaque omnia & ſingula, quatenus præſentibus literis in aliquo adverſentur, penitùs tollimus & abrogamus, & nolumus deinceps cuiquam ſuffragari, cæterisq; contrarijs quibuscunq; aut ſi ijsdem Prælatis, vel eorum alicui, ſeu alijs perſonis, communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſede, ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Volumus autem, quod præſentium literarum tranſumptis, etiam impreſſis Notarij Publici manu ſubſcriptis, & Sigillo Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipſis Originalibus adhiberetur, exhibitis vel oſtenſis.

Nulli

Nulli ergo homini liceat hanc Paginã noſtræ confirmationis, approbationis, communitionis adjectionis, præcepti, mandati, ſuppletionis, decreti, derogationis, ſublationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo octuageſimo Nono. Quinto Idus Februarij, Pontificatûs Noſtri Anno Quinto.

Edictum

XVII.

Edictum Sigismundi Regis contra Hæreticos Cracoviæ 1523.

Sigismundus DEI Gratia &c.

MAnifeſtum facimus omnibus & ſingulis, cujuscunq; ſtatûs & ordinis, ſubditis Noſtris, necnon etiam advenis quibuſcunq; in Regno & Dominijs Noſtris ubilibet exiſtentibus. Quia cum humanis ingenijs, præſertim vulgi, ad res novas & inſolentes propenſis, neceſſe ſit cùm alia mala pleraq;, tum verò Schiſmata & Hæreſes emergere; neceſſe item ſit illas, per eos, qui divinis ac humanis inſtitutis præpoſiti ſunt, tanquam zizania ex agro putari, & eradicari. Siquidem ſola eſt Religio, quæ legibus ac inſtitutis ſuis, homines in diſciplina, in virtute, ac in fide erga Deum & homines continet, ac regit: quaq; in norma & obſervatione ſuâ veteri, turbatâ & diſſolutâ, turbari ac diſſolui neceſſe eſt univerſa: quòd poſtea, ut in multis exemplis conſtat, in ſeditiones vergere, ac in perniciem Rerum publicarum, earumq, Rectores, redundare ſolet. Nos pro officio Chriſtiani Principis, eam ipſam Religionem, à Sanctis Patribus ordinatam, ac per ſanctam Romanam Eccleſiam directam, Nobiſq, à majoribus Noſtris per manus traditam, ac per Nos deniq, & gentes Noſtras, multò ſangvine, & clariſſimis, gratiâ Dei, victorijs hactenus defenſam; etiam à labe hæreticâ; his temporibus in vicinia emergente, integram ac

imma-

immaculatam, in Regno & Dominijs Noſtris conſervare volentes; publicis edictis mandamus, ne qui libri Lutheri cujuſdam, ejuſq; ſequacium quorumcunque, quos ſua inſolentia in reprobum egit ſenſum, quiq; prætextu libertatis Chriſtianæ, prætextu vitiorum Ordinis Eccleſiaſtici, & ſcandalorum, quæ ab hominibus & ab ijs, qui de hominibus aſſumpti ac per inde infirmi ſunt, venire neceſſe eſt, tanquam ſub melle virus ſuum in vulgus ſpargunt,& ſcriptis ac ſermonibus famoſiſſimis, non ſolùm mores ſalubres, ac inſtituta Eccleſiaſtica, ſed ipſos etiã ſanctos Patres turpiſſimè proſcindunt, & ſacra prophanis miſcent, nequaquã ad Regnũ& Dominia Noſtra inferantur, & legantur: nevè quis dogma ipſum peſtiferum, ac iam pridem damnatum, approbare, profiteri, vel tueri auderet, ſub pæna capitis, & confiſcatione bonorum omnium. Ad quæ poſtea Edicta Noſtra exequenda, modum etiam opportunum ſtatuere volentes, delegavimus in Prætorium Civitatis Noſtræ Regiæ Cracovien: nonnullos primarios Noſtros, tàm Spirituales, quàm etiam Sæculares Conſiliarios, qui cum Conſulibus ac Officialibus Civitatis, ſic edicta ipſa Noſtra exequenda ſtatuerent: ut inprimis quandocunque opportunum videretur Rñdmo Domino Epiſcopo Cracovienſi, fieret per Inquiſitores Ejus cum Decurionibus, quos Conſulatus in tota Civitate ad hujus negotij, aliorumq; exceſſuũ tollendorũ cuſtodiã delegit, per omnes & ſingulas domos, teſtudines ac ciſtas diligens ſcrutatio fiat; & ubi aliqui libri hæretici invenirentur, illinc pæna Edicti exigeretur. Deinde ut

Impreſſores librorũ nihil prorſus imprimere, & Bibliopolæ, vel alij quicunq; exponere, ac vendere deinceps audeant, ex librisundecunq; adductis, niſi illos Rector Vniverſitatis, vel aliquis per Ordinariũ conſtitutus prior viderit, & tàm imprimi, quàm vendi permiſerit, ſub pænis prædictis. Vt autem & reliquæ Civitates Noſtræ hoc exemplo inſiſtant, ac unuſquiſq; in tempore præmoneretur, ne ipſa Mandata Noſtra Regia tranſgrediatur, & ignorantiam prætendere poſſit: Nos hanc ipſorum Conſiliariorũ, ſimul ac Conſulatûs Cracovienſis ordinationem, per has literas Noſtras, omnibus teſtatam eſſe volumus: Mandantes omnibus alijs Civitatibus Regni, & Dominiorum Noſtrorum, ut ad hunc modum Edicta Noſtra exequendi, faciant cum Lociordinarijs, aut eorum Delegatis, ordinationes opportunas; eaſq; diligentiſſimè exequantur, pro gratia Noſtra aliter non facturi. Datum Cracoviæ, Sabbatho antè Feſtum Natalis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, Dominæ Noſtræ. Anno Domini, Milleſimo, Quingenteſimo, Vigeſimo Tertio. Regni autem Noſtri, Decimo ſeptimo.

XVIII.

Decretum Sigiſmundi Auguſti Regis in negotio Religionis, Varſaviæ 1557.

Ex Conſt: Prov: lib: 4. fol: 299.

Sigiſmundus Auguſtus &c.

VNiverſis & ſingulis, cujuſcunque gradûs, ſtatûs, con-

conditionis, & præeminentiæ, ſubditis noſtris, in Regno & Dominijs noſtris commorantibus, ſincerè & fidelibus dilectis, gratiam noſtram Regiam. Sincerè & fideles dilecti. Quum inter cætera incommoda, atq; pericula, quibus Regnum Noſtrum premitur, nullum eſſe videamus domeſticis odijs atq; diſſenſionibus pernicioſiùs: nec quod Regna quævis & imperia vel affligere magis, vel citiùs evertere poſſit. Nulla autem ex re acerbiora odia, atrocioreſq; contentiones, non modò inter Ordines, ſed inter omnium Ordinum Regni Noſtri homines, quàm ex diverſitate opinionum de religione Chriſtiana, quæ irrumpentes in Regnum Noſtrum hæreſes invexerunt, natas eſſe animadvertamus; ſummo ſtudio in eo Conventu, cum Conſiliarijs Regni Noſtri, curandum atq; elaborandum Nobis eſſe putavimus, ut pacatis priùs & conſtitutis domeſticis diſſenſionibus, ab externis quoq; periculis, ſi qua ingruerent, tuti atq; ſecuri eſſe poſſemus. Verùm cùm magna eſſet de eo orta controverſia, quòd multa eſſent publicè, contra vetera Catholica inſtituta, atq; contra leges Regni & edicta in religione, ritibuſq; religionis, propria quorundam temeritate, atq; audacia innovata, templaq; in quibus ad eam diem veteri Romanæ Eccleſiæ ritu, ſacra agebantur, ac Sacramenta adminiſtrabantur, novis à Catholica & Apoſtolicâ, Romanaq; Eccclesiâ alienis ritibus introductis, occupata & profanata; miniſtri earum vexati, ac ſedibus ſuis pulſi, ornamenta ablata, bonaq; & reditus

retenti, idq; cùm alias, tum post Conventum Regni nostri, quem Petricoviæ proximè habuimus. In quo edixeramus, ne quid in religione ad hunc usq; Conventum innovaretur, nec possemus de eo judicium constituere propter imminens Livonicum bellum, ad quod gerendum in Lithvaniam Nobis proficiscendum fuit, necessariò totam ejus rei cognitionem atq; judicium, ex sententiâ Senatorum Regni Nostri, ad proximum usq; Conventum Regni Nostri, reiecimus suspendimusq;. Ne quid verò interim dum absumus, de religione in Regno Nostro à quopiam istiusmodi innovetur, seu perpetretur, longiusq; progrediatur hominum licentia, edictum ea de re nostrum, ex sententiâ Consiliariorũ Nostrorum proponendum putavimus. Mandamus igitur, atq; edicimus vobis omnibus, superiùs nominatis, Constitutione videlicet Petricoviensi, in Comicijs præteritis factâ, ac legibus Nostris ad eam rem freti: Præcipimus, ut omnes à blasphemijs quibusvis in Deum, Sanctæq; Ecclesiæ Sacramenta, ac tremendum Altaris sacrificium, abstineant. Deinde, ne quispiam vestrum ullos jam deinceps in Regno Nostro motus, atq; turbas excitare, cœtus, conventicula, Conventiones in Vrbibus, Oppidis, Arcibus, Curijs, Villis, & possessionibus Nostris, prætextu religionis quovis modo habere & celebrare: neq; in ijs aut aliis quibuscunq; quorumcunq; hominum status & conditionis cujusvis bonis, Ecclesias atq; templa, in quibuscunq; nunc antiquus, hoc est Romanus religionis manet

ritus

ritus, violare, aliquid inde tollere, seu in alium statum atq; formam quidquam ibi immutare, & innovare, Sacerdotesuè & ministros templorum vexare, spoliare, pellere, ijsq; vel pulsis, vel morte extinctis, alios in locum eorum, sine authoritate & institutione Ordinariorum inducere, seu Ecclesijs ipsis præficere, aut aliquam sibi potestatem & jurisdictionem in Ecclesiis ipsis usurpare, aliudvè quidpiam agere, quod seditionem, contentionem, atq; tumultum excitare inde possit, audeat. Quod si quis contra hoc edictum nostrum aliquid committere & facere ausus fuerit, id non pro privata ordinis aut personæ alicujus injuria, sed pro Nostra, authoritatisq; Nostræ Regiæ, reputabimus; in eumq; tanquam violatorem authoritatis Nostræ, & pacis publicæ turbatorem, legitimo juris ordine animadvertemus. Datum Varsaviæ, in Conventione Regni Generali, Feriâ Quartâ post Festum SS. Trium Regum, proximâ. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Septimo. Regni verò Nostri Anno Vigesimo Septimo.

XIX.

Decretum Synodi Provincialis Gnesnensis Wężykovianæ Petricoviæ A. D. 1628. *celebratæ contra Ministros Hæreticorum, tit.* De ministris Hæreticorum, *circa finem.*

QUia relatum est Synodo præsenti, ex vicinis Provinciis, multos Hæreticorum Ministros, homines vagos & extraneos in Regnum hoc confluere: ideò præsens Synodus pro officij sui debi-

to fidei Catholicæ integritati consulendo, monet DD. Ordinarios, ut unusquisq; in sua Diæcesi provideat & occurrat, ne hæreses latiùs serpant, & oves sibi commissæ hâc labe inficiantur. Et insuper per suos Nuncios, supplicabit Synodus Suæ Majestati in proximis Comitijs ut pro sua pietate provideat, ne blasphemiis & impietate hæresum, ira Dei magis in Patriam nostram provocetur.

XX.

Mandatum Sigismundi Augusti de Anno 1568. *ad Civitatem Posnaniensem de non recipiendis Hæreticis ad Officia Civitatensia.*

Sigismundus Augustus &c.

Famatis Præconsuli & Consulibus Civitatis Nostræ Posnaniensis, Fidelibus nobis dilectis gratiam Nostram Regiam Fideles Dilecti.

Instat tempus, quo Advocatus cum Scabinis & Seniores fraternitatum & Contuberniorum in Civitate Posnaniensi eligi consveverunt. Quàm autem muneri nostro incumbat prospicere, ne Novatoribus religionis ad licentiam impune audendi, & veterem tranquilitatem perturbandi fenestra aperiatur, quod hactenùs in Civitate ista propter consensum vel conniventiam Seniorum in ejusmodi contubernijs usu venisse animadversum est. Idcirco Fidelitatibus vestris mandamus, & severè præcipimus, ne alios ad prædicta officia, videlicet Advocati, Scabinorum & Seniorum Fraternitatum seu Contuberniorum eligant, quàm Catholicæ Religionis viros, qui templa Catholica juxta vete

rem

rem consvetudinem visitent; Cæremoniasq; ac ritus tam publicos quàm suos privatos in templis antiquitùs constitutos non abhorreant. Secùs Fidelitates Vestræ pro gratia & sub gravi indignatione nostra non facturæ. Datum Varsaviæ die tertia Mensis Septembris, Anno Domini M. D. LXVIII. Regni Nostri XXXIX.

XXI.

Privilegium Ioannis Casimiri de A. D. 1658. Civitati Posnaniensi collatum, prohibens promoveri Dissidentes ad quævis Officia, oblatum in Castro Posnaniensi Fer: Quin: post Festum S. Luciæ Virg. proxima, Anno eodem.

IAN KAZIMIERZ z Bożey Łáski Krol Polski Wielki Xiążę Litewski, Ruski, Pruski, Mázowiecki, Zmucki, Inflántski, Smoleński, tákże Szwedzki, Gotcki, Wandálski, Dźiedźiczny Krol.

OZnaymuięmy teráźnieyszym Przywileiem Nászym wobec y káżdemu z osobná, żeśmy z obligacyi Przyśięgi Nászey ná szczęśliwey Koronácyi Naszey uroczyśćie Bogu y Rzeczypospolitey wykonáney, tudźiesz y z postánowienia Praw Koronnych bárdzo obowiązáni y obligowáni iesteśmy Swiętą Rzymską Kátolicką Wiárę w Krolestwie tym Nászym y Páństwách Naszych, wszelákim sposobem nie tylko chowáć, szczepić, bronić, y iáko naywiększemi Wolnośćiámi, Práwámi, Przywileiámi, prerogátywámi, y obronámi, y w ktorych teraz zostáie przy-

ie; przymnażáć y ozdobiáć; lecz y wszelákie inne sekty, náuki przećiwne y błędliwe, y tey Swiętey Wierze Kátholickiey Rzymskiey przećiwne y od niey odpádłe, powagą Nászą zepsowáć, niszczyć, y skáźić, żadnych im nowych wolnośći nie pozwaláć, y owszem wedle możnośći Nászey dawne psowáć, y dawnośćią czásu zágubić y z gruntu ich wykorzenić stáráćiesmy się powińni. Dla tego ná proźbę pewnych Konsyliarzow Nászych imieniem Mágistratu y wszystkiey práwowierney Kátholickiey Rzymskiey Wiáry pospolstwá Miástá Nászego Poznánia, przećiwko Dissidentom tám będącym do Nas wnieśioną, o to, że iuż Dissydenći w Poznániu mięszkáiący przećiwko Práwom, Przywileiom, Wolnośćiom, Prerogátywom, obronom y Plebiscytom, iáko y Uchwałom prywátnym Mieyskim Miástá Nászego Poznánia niżey opisánym zwłaszczá przećiwko wyráźnym zakazom, Mándátom, y przywileiom Naiáśnieyszych S. pámięći Przodkow Nászych, á osobliwie Zygmuntá pierwszego Prádźiádá Nászego Roku 1525. w Mieśiącu Máiu w Piątek po Swięćie Swiętego Stánisłáwá Biskupá Krákowskiego, dla ustrzeżenia się y uchronienia przećiwko Bogu sámemu y Mátce iego Náyświętszey, bluźnierstwy, áby zápámiętáli szaleni ludźie w przepáść piekielną poćiągnieni niebyli, áby pod pretextem y płaszczykiem Chrześćiańskiey wolnośći obrzydliwym y nienależytym umysłem swoim káżdemu coby się podobáło w toby mu się wierzyć godźiło. Dla tego Káznodźieię Niemieckiego od Kośćiołá Swiętey Máryi Magdáleny, rugowáć y oddalić

lić zlećił, y áby Mágiſtrat ſego rugował, y Kazań mu Niemieckich zákazał, nádał. Tudźież y Zygmuntá Auguſtá Prádźiádá Naſzego w Roku, 1554. Dniá 11. Styczniá, ktoremi Mágiſtrátowi Poznańſkiemu, gdy do tegoż Kroleſtwá nowe częſto gęſto herezye przychodźiły, záymowáły ſię y wſczynáły, y pod pretextem niby nabożeńſtwá ſzkodliwe Kroleſtwu y Rzeczypoſpolitey ſchádzki dźiały ſię, y nabożeńſtwá przećiwko dawnym y ſtárym zwyczáiom Kátolickim Rzymſkim znowu ſię záymowáły, z wyklętych od Kośćiołá Bożego Heretykow y w ſądźie Duchownym potępionych, exekucyą czynić zlećił y nákazał: y oraz tegoż Roku iáko z dobrámi ich poſtępowáć ſobie miáno oznáymił. Nád to: uſtáwę Mágiſtratu Poznańſkiego wieczną z cáłym ich poſpolſtwem po wykorzenioney z Poznánia herezyi w Srzodę przed Swiętem Národzenia S. Jana Baptyſty bliſko w Roku 1619. uchwaloną oraz przez toż ſámo poſpolſtwo nie tylko winą Tyśiącá złotych Polſkich ſámą rzeczą przez Mágiſtrat y Piſárzá Rádźieckiego, ieżeliby ktokolwiek tey uſtáwie ſprzećiwić ſię ważył, do ſkárbu y ſzáfárni Mieyſkiey Publiczney po połowie wyliczenia y oddánia záłożoną ztwierdźił; ále owſzem *ex albo Civium* to ieſt z regeſtru Mieſzczan wymázáć tákich y wygluzowáć poſtánowił, y że żádney uwagi mieć nie máią áni powinni rozkazał. Nád to, áby do zgromádzenia y liczby Bractw ták Kupieckich iáko y wſzelákich innych rzemieśnikow w tym Mieśćie Poznániu żáden Heretyk przypuſzczony y przyięty niebył, áni do Urzędu żádnego, lub do Mági-

 ſtratu

ſtratu, lub zá Stárſzego Cechmiſtrza obrány y przypuſzczony nie był, y Mieyſkiego Práwá w przod nie przyiął pod zákłádem winy Sto grzywien Polſkich ná Kupcow y Stárſzych Cechmiſtrzow Bractw wſzelákich uchwáloną y poſtánowioną y teyże to uchwały Plebiſcytu od Naiaśnieyſzego Rodźicá Náſzego Zygmuntá Trzećiego Konfirmácyą w Roku 1628. dniá 15. Mieśiącá Lipcá.

Reſkrypt záś Náſz ná złą y opáczną Káncelláryi Náſzey informácyią, zwłaſzczá áby nie tylko do Mieyſkiego Práwá, ále y do innych Urzędow Mieyſkich przyięćia ſpoſobnemi byli, y nańże wyſádzeni przez nichże otrzymáli ochotnie, y raczey ſłuſznieyſzym Práwem dla záchowánia Praw Wolnośći, Prerogátyw, Przywileiow, y wiáry S. Kátolickiey Rzymſkiey, tudźież dla cáłośći wyżey námienionych rozkazow Przywileiow y uſtaw uczynićieſmy raczyli, áby wyrážone Naiáśnieyſzych Przodkow Náſzych Przywileie y Dyplomátá y Miáſtá Poznánia Plebiſcytá we wſzytkich Klauzulách, Punktach, Artykułách, y Ligámentách, y Kondycyách iáko od ſłowa do ſłowá w ſobie záwieráią potwierdźić, y defektu ich, ieżeliby ſię iákie ználeść miáły, z zupełney Mocy y Powagi Náſzey Krolewſkiey dopełnić, á przerzeczone Miáſto Poznáń przy nich nienáruſzenie záchowáć. Lecz y Reſkrypt Náſz nowo y świeżo od Nas przez Dyſſydentow Poznáńſkich iáko ſię wyżey námieniło otrzymány; zá nieważny y żádney mocy niemáiący mieciеſmy poczytáli, y wſzytkich dyſſydentow Heretykow

Poznáń-

Poznańſkich wedle opiſánia przerzeczonych Dyplomátow Laudow, Uchwałow, y Konſtytucyi Koronnych, od wſzelkich Urzędow pu..znych Mieyſkich, lub w Mágiſtraćie ná Ratuſzu, lu.. .in nych Bráctwách, y Cechách w Mieśćie Náſzym Poznániu będących wiecznemi czáſy oddaliliśmy y rugowáli. Iákoż bowiem z Konſenſu y rády Senatorow przy boku náſzym zoſtáiących potwierdzamy, dopełniamy, záchowuiemy, ogłaſzamy, y oddalamy, y áby ćiſz Dyſſydenći, y Heretycy Poznáńſcy do żádnych rządow, urzędow, publicznych, Mieyſkich y wſzelkich niewdzieráli, ſię áni obieráni y wyſádzeni niebyli, y áby żádnych ztąd tumultow y buntow y ſedycyi w Mieśćie Náſzym nie wſzczynáli, y robili, pod relegácyą od Miáſtá y wywołániem, y pod Konfiſkácyą dobr ich wſzyſtkich przykázuiemy y zákázuiemy teraz y nápotym czáſy wiecznemi. Co wſzyſtkim komu otym wiedzieć należy áby wiádomo było mieć chcemy. Oſobliwie iednák Dyſſydentom y Heretykom Poznáńſkim áby nic nápotym wyżey opiſánym Dyplomátom, uchwałom, Plebiſcytom y przećiwko teráźnieyſzemu Przywileiowi Náſzemu czynić y iemu ſię ſprzećiwiáć pod rygorem teráźnieyſzym nieważyli ſię. Tudźieſz y Urzedowi Mieyſkiemu Poznáńſkiemu áby wſzyſtkich Dyſſydentow Heretykow támże mieſzkáiących od wſzelákich Urzędow Publicznych, Rządow, funkcyi Mieyſkich Bráckich y w tymże Mieśćie Poznaniu, niedbáiąc nic ná ich reſkrypt świeżo przez Nas káſſowány

K 2 y zepſo-

y zepſowány, y ná inne ieżeliby iákie nápotym temu przećiwne otrzymáć mieli álbo przez nich otrzymáne były rugowáli y oddalili, y ten Przywiley Náſz w ſkuteczney exekucyi czáſy wiecznemi dla łáſki Náſzey, y pod karámi wyżey opiſánemi y innemi ćieſzkiemi trzymáli, rozkázuiemy y zlecamy. Co dla lepſzey wiáry ręką Náſzą włáſną podpiſuiemy y pieczęć Koronną przyłożyć zlećiliſmy. Datum pod Toruniem dnia 20. Mieśiącá Liſtopada Roku Páńſkiego 1658. Pánowánia Náſzego Polſkiego 10. Szwedzkiego 11. Roku.

IAN KAZIMIERZ KROL.

XXII.

Summaria Iurium Deductio, quibus prohibetur incolatus & exercitium Religionis Varſaviæ Diſſidentibus.

Imo. COnſtitutio ſeu Decretum Comitiale Illuſtriſſimi Ianuſſij Ducis Maſoviæ, qui cum toto Conſilio ſuo ex officio & Authoritate ſua Ducali, uti verus Religionis Chriſtianæ & fidei orthodoxæ Princeps in omnibus Civitatibus & oppidis, Villis, totius Ducatus Maſoviæ præſertim Varſaviæ falſum dogma Lutheranum profiteri, doctrinam ejus tenere, libros portare, legere, ſub privatione vitæ & bonorum Confiſcatione prohibuit & interdixit. Ut videre cuiq; licet Acta Ducalia in Caſtro Varſavienſi, ſub Actu feriâ quintâ ante Dominicam

nicam Oculi Anno Dñi 1525. *Quod Decretum hic supra habetur per extensum sub numero V.*

2do. CUm post sterilia fata Ducum, tota Masovia sub Sigismundo primo Rege redijt ad Regnum Poloniæ, non tantùm Idem Sigismundus Rex, Iura & Privilegia, Decreta & sancita Ducalia Masoviæ confirmavit, & conservare sacrosanctè circa illa promisit Anno 1540. *Herburt Tit: Masovia fol:* 276. Sed etiam subsequenter alij Reges: Sigismundus Augustus, Henricus, Stephanus Batorius, Sigismundus Tertius, Vladislaus quartus, Joannes Casimirus, Michael, Joannes Tertius, & nunc felicissime Regnans Augustus Secundus specialibus Privilegijs suis Jura contra Hæreticos confirmarunt, uti extant eadam Privilegia in suis Originalibus in Archivo Civitatis Antiquæ Varsaviæ. Quæ etiam jura ac Privilegia in Comitijs Regni Generalibus Civitati eidem Varsaviensi sunt confirmata, Constitutionibus Anni 1598. 1613. 1676. 1678. 1710. 1717. His Privilegijs cautum est, nè Catholici mercatores, habeant in servitijs mercaturæ Hæreticos, & ne Hæreticis domos conducant.

3tio. IN fundamento horum Privilegiorum Vladislaus quartus Decreto Judiciorum de actu Sabbatho post festum Conversionis S. Pauli Anno Domini 1640. & Ioannes Casimirus, Decreto Judiciorum suorum Feriâ Tertiâ ipso die Cinerum Anno 1650. Acatholicos incapaces Bonorum Civilium & fundorum declaraverunt. Plurimis quoq; Laudis particularibus Conventûs Varsaviensis &

aliarum Terrarum hujus Ducatûs & ferme in omni-
bus ante-Comitialibus Conventibus hujus Duca-
tûs Nuntijs Terrestribus instructiones dantur, ut
invigilent, ne aliquam libertatem in præjudicium
Iurium Ducatûs Dissidentes obtinere in Comitijs
præsumant, uti quidam Koll Acatholicus, in Comi-
tiis Grodensibus subreptitiè facultatem obtinuerat
manendi & mercandi Varsaviæ, contra quem instan-
taneè à prima notitia plurimæ protestationes inter-
cesserunt tam in Castro Czernensi Feria Tertia
post Dominicam Rogationum Aõ 1679. quam &
in Conventu particulari Terræ Varsaviensis in Cu-
ria Regia Varsaviensi Sabbatho post festum SS. Vi-
ti & Modesti Martyrum proximo, Anno eodem
1679. & propterea in usu hujus libertatis subrepti-
tiè impetratæ idem Koll non fuit, & vitæ pericu-
lum ex occasione hac à Masovijs vix evasit.

4to. DEcretum Judicij supremi ordinarij Tribu-
nalis Regni inter Perillustrẽ & Admodũ
Reverendũ Mathæum Iagodovicz Prothonotarium
Apostolicum Plocensem, Varsaviensem &c. Cano-
nicum Officialem Generalem Varsaviensem Acto-
rem, & Acatholicos de nominibus & cognomini-
bus in eodem Decreto expressos Citatos ex Con-
troversijs partium prolatum Lublini Feriâ Tertiâ
post Festum S. Margaritæ Virginis & Martyris pro-
xima, Anno Dni 1664. non modo Acatholicos eos-
dem pro violatione Jurium Ducatûs Masoviæ pu-
nivit, sed in futurum ut à publico Religionis in
Civitate Varsaviensi exercitio, Concionabulis in do-
gmati-

gmatibus perniciosis, Congregationibus attentandis sub pæna infamiæ & Colli atq; Confiscationis bonorum abstineant, prohibuit & interdixit. Item Decretum in Judicijs Confæderationis Interregni in Curia Regia Varsaviensi Feriâ sextâ post Dominicam Oculi Quadragesimæ proxima, Anno Dñi 1669 inter Venerabilem Adamum Sienkiewicz Instigatorem Consistorij Varsaviensis Actorem & Acatholicos Citatos prolatum ex controversijs partium, ipsos à Civitate amoveri & relegari demandavit. Item Decretum inter Illustrissimum Episcopum Posnaniensem Actorem, & Dissidentes Citatos in Officio Castrensi Capitaneali Varsaviensi Feriâ quintâ post festum S. Luciæ virginis & Martyris, Anno 1670. ex Controversijs prolatum à publico Religionis in Civitate Varsaviensi (inqua per Rescriptum Regium protunc impetratum commansio illis ad decursum unius Anni permissa erat) & suburbijs ejus, exercitio abstinere, Congregationesq; facere prohibitum est, & ut intra elapsum unius Anni à Civitate & suburbijs migrent, subpænis infamiæ & Colli, atq; Confiscationis Bonorum. Item Decretũ ejusdem Officij Castrensis Varsaviensis feriâ quintâ ante festum S. Priscæ Anno 1671. Item Decretum Tribunalis Regni Lublinensis ex Instantia Instigatoris & Perillustris Valentini Kierzkowski Canonici Varsaviensis Anno 1694. obtentum. Sunt & alia in Actis reperibilia Decreta contra eosdem Dissidentes prolata.

5to. COnfæderationes Regni Generales, quamvis Dissidentibus hospitibus & transeuntibus

privatam

privatam devotionem suæ sectæ in domibus habere permittant, tamen sine Congregatione & sine Concione & sine cantu, atq; excluduntur plebeiæ personæ ab hac libertate in Ducatu Masoviæ. Confœderatio Anno 1648 fol: 3. 1668. fol: 5. 1674 fol: 1696 fol: 4.

6to. PRæter varia Decreta in varijs subsellijs & Judicijs contra Hæreticos præsertim Mercatores lata, extant novissimè Regia in Judicijs Assessorialibus in favorem Jurium & Privilegiorum Confraternitatis Mercatorum Varsaviensium, ab ijsdem obtenta. 1mo. Varsaviæ Fer: 2dâ. post Domin. Lætare Quadragesimalem proximâ, die scilicet prima mensis Aprilis A. Dñi 1715. contra Hæreticos mercatores, de Nominibus & Cognominibus in eodem Decreto specificatos, qui Literis Servitoratûs obtentis sub prætextu Curiensium mercatorum liberrime præjudiciosam agebant mercaturam. Hujus Decreti hæc extant Contenta. *Eandem Confraternitatem* (Mercatorum videlicet Varsaviensiũ Catholicorum) *circa jura, Privilegia & Decreta Judicialiter exhibita conservamus ; Et inhærendò Decretis Nostris Anterioribus Literas servitoratuum per Citatos* (Id est intrusos Hæreticos mercatores) *obtentas, ad solum tempus Comitiorum & Congressuum Generalium Regni restringimus ; nevè Citati tam sub præsentia quam absentia Nostra, ollatim, quartatim vinum, & alios liquores propinare, mercesq; cujuscunq; generis, ulnatim, libratim & unciatim vendere & distrahere audeant sub rigore in Privilegijs &c. expresso, interdicimus. Salvam nihilominus*

lominus tunnatim, & de integrô, aliàs sztukami, na cal, earundem mercium divenditionem, uti etiam in Juribus Confraternitatis præcautum, citatis relinquimus &c. 2dû, Varſaviæ Fer. Tertiâ poſt Feſtum S. Mariæ Magdalenæ proximâ, Die 23 Menſis Julij A. D. 1720. Quo, ijdem prætenſi ſervitores Hæretici, uti contravenientes immedieto anteriori Decreto pænas ſuccubuiſſe, declarati, & quidem quilibet pro perſona ſua mille Marcarum Polonicalium circa Acta Officij Caſtrenſis Capitanealis Varſavienſis in duabus ſeptimanis à publicatione Decreti præſentis, Actoribus exolvendarum & ad pias cauſas per medium applicandarum; nec non damnorum & expenſarum litis ad ſimplicem aſſertionem Partis ſine juramento liquidandarum Actoribus refuſionis, idq́, ſub pæna bannitionis perpetuæ exnunc in caſum ulterioris Conraventionis, & poſt eam publicatam, ulterioris fortis, finalis, & ultimariæ, ex Perſonis, Bonis, mercibus executionis. Quam Pænam poſt elapſumterminum duarum ſeptimanarum Decreto Caſtrenſi Varſavienſi incidiſſe declarati, & actu pro perpetuis Bannitis publicati & proclamati &c.

7mo. EXtant in Actis Officij Conſiſtorij Varſavienſis Decreta contra Hæreticos, conventicula ſectarum ſuarum exercere, aut mercaturas vel opificia tractare, aut ad incolatum tam intra, quàm extra Civitatem ſeſe ingerere cupientes, quibus eorum attentata condemnabantur. Inter alia, videre licet Decreta Witviciana, Tarſoviana, & noviſſimè de Actu ſub *die Lunæ* 15. *Menſis Martij A.* 1717.

contra Prædicantem Walter, qui præſumpſit Officialem Copiarum Saxonicarum morti deſtinatum diſponere; & alia, etiam contra illos mercatores Catholicos, qui in ſervitio mercaturæ contra Jura Civitatis, Sodales vel pueros Hæreticos fovebant, ut potè de Actu ſub die Lunæ 3tiâ Menſis Octobris, 1718 & conſequenter Annis 1719. & 1720. lata. In his Actis habetur per oblatam Reſcriptum Joannis Caſimiri de Data Leopoli 28. Decembris 1662. inhibens Hæreticis Devotiones & conventicula Varſaviæ perpetuis temporibus. Item ſub die Martis 25. Menſ. April. 1690. extat oblatum Decretum Tribunalis Regni, Lublini de Anno D. 1687. Fer. 2. poſt Dominicam Rogationũ proximâ conta Stanislaum Mikołajewſki Prædicantem ſectæ Calviniſticæ, in Diæceſi Cracovienſi. &c.

8vo. HÆretici etiam in oppido Leſzno in ſuburbio Varſavienſi non habent incolatum. Nam 1mo. Approbatio à Sereniſſimis Regibus Poloniæ Jurium ejusdem oppidi, facta eſt ſalvis Juribus S. Romanæ Eccleſiæ, & Ducatûs Maſoviæ, quæ expreſsè prohibent incolatum in tota Maſovia. 2do. Submiſit ſe olim Jlluſtriſſimus Leſzczynſki Palatinus Breſtenſis Cujaviæ, Generalis Majoris Poloniæ ejusdem Oppidi Hæres relegare & amovere ex eo omnes Diſſidentes pro obſervantia Jurium & Decretorum Ducatûs Maſoviæ. 3tio. Extant Decreta tam Tribunalis Regni Lublini *Fer. 6tâ poſt Dominicâ Cantate proximâ* 1694. quàm in Actis Conſiſtorij Varſavienſis Witviciana, & Tarłoviana, etiam recenter

inter

inter alia, *sub die Mercurij* 26. *Mensis May* 1717. & sub *die Veneris* 27. *Januarij* 1719. contra eosdem Hæreticos volentes se tacitis cuniculis ingerere ad incolatum & Officia ejusdem oppidi Leszno in suburbijs Varsaviensibus. Et quoniam aliqui Hæretici domos sibi ædificârant in eodem Oppido Leszno, ac ideo pænas quas promeruerant præcavendo, easdem Jllustrissimo D. Josepho Potocki Palatino Kijoviensi, Loci Possessori coram Actis Castrensibus Capitanealibus Varsaviensibus de Actu *Fer* 5tâ *post Festa Pentecosten, proximâ* & *Fer.* 2*da infra Octavas Festi SSmi Corporis Christi A. D.* 1718. vendiderant, videdelicet Jacobus Miller, Jacobus Neit, Adamus Heit, Joannes Mangolt, Joannes Tobias Redlich; ideo tantùm ad migrandum intra Annum de eodem suburbio seu oppido sunt condemnati.

XXIII.

RESCRIPTUM

Serenissimi Regis AUGUSTI II. De A. D. 1703. ne Judices sæculares in Diæcesi Vladislaviensi audeant sagas judicare absq; cognitione Fori spiritualis.

AUGUSTUS SECUNDUS

DEI Gratiâ REX Poloniæ, Magnus Dux Lit: Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, &c. &c.

VNiversis & Singulis quorum interest, præsertim Magistratibus quibusvis tam Castrensibus, quam

Civitatum majorum & minorum, nec non Officijs Villanis in Diœcesi Episcopatûs Vladislaviensis & Pomeraniæ consistentibus, alijsq; quorum interest Gratiam Nostram Regiam. Quod licet Constitutionibus Regni ac statutis cautum sit, ne Magistratus quivis sæcularis in causas Sagarum se se ingerat, nisi priùs eædem causæ à Judicio spirituali cognitæ ac dijudicatæ fuerint; nihilominùs relatum Nobis est nonnulla Officia tam Civilia quam Villana minús notitiam ac scientiam cognitionis ejusmodi causarum habentia, in contrarium præfatarum Legum se se in Judicia sagarum ingerere, multaq; inconvenientia inde patrari, hominesq; innocentes morti damnari; hinc Nos obviando similibus casibus, ac inhærendo Constitutionibus Regni, omnibus ac singulis Officijs & quidem Civilibus sub pænis Mille Hungaricalium, Villanis vero sub pœna Colli ad instantiam Instigatoris in Judicio quovis vindicandis inhibemus ac serio mandamus, ne se in Judicium Sagarum ingerant, nisi priùs eædem causæ per Judicium spirituale prædictæ Dioecesis Vladislaviensis & Cujaviæ discussæ & dijudicatæ & ad Judicia eorū remissæ fuerint. In cujus rei fidem præsentes Manu Nostrâ subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Mariæburgi Die 5ta. Mensis Maij Anno Domini MDCCIII. Regni Nostri VI.

Augustus Rex

Locus Sigilli.

Andreas Franciscus Cichocki S. R. M. S.

In simili Materia habetur Decretum Serenissimi olim JOANNIS III. in Judicijs Assessorialibus Regni.

IN-

XXIV.

INSTRUCTIO

Pro examine illorum Teſtium, qui inducuntur pro contrahendis matrimonijs, tam in Curia Eminentiſſimi Domini Cardinalis Urbis Vicarij, quam in alijs cæterorum Ordinariorum nuperrimè edita.

Feria V. die 21. Auguſti 1670.

In Congregatione Generali S. Romanæ, & Vniverſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram SanctiſſimoDomino N. D. Clemente Divinâ providentiâ Papa X. ac Eminentiſſ: & Reverendiſſ: DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à S. ſede Apoſt: ſpecialiter deputatis.

CUm alias per ſanctam Congregationem S. Officij iteratis inſtructionibus ab eadem emantis de Anno 1658. & 1665. Locorumq; Ordinarijs tranſmiſſis, proviſum fuerit, ut præſcriptis interrogatorijs faciendis Teſtibus, qui ad probandum ſtatum liberum contrahentium matrimonium inducuntur, omnis prorsùs ſecluderetur aditus ijs, qui adhuc vi-

vente altero Conjuge, aut aliàs impediti, ad secunda illicita vota transire satagebant: videns nihilominùs Sanctiss: D. N. quàm plures Locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, & deputatos ad excipiendas Testium depositiones, nec non Parochos, & notarios in casibus expressis, aut omittere, aut non observare earundem instructionum tenorem, & licet aliquando plenè observent, non tamem interrogare Testes super alijs impedimentis dirimentibus. Ideo volens Sanctitas Sua prædictis malis occurere, mutu rè considerata cum Eminentissimis & Reverendissimis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus præsenti Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterum iniungit omnibus Vicarijs, seu Deputatis pro examinandis Testibus ad probandum statum liberũ contrahentium Matrimonium; nec non Parochis, Notarijs, & quibuscunq; *alijs* respectivè, sub pænis etiam gravibus corporalibus arbitrio Sacræ Congregationis, ut instructionem infrascriptam ad unguem observent.

Ut autem præsens decretum, & instructio ad omnium notitiam facilius deveniant, decrevit illa ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatio S. Officij ejusdem Urbis per aliquem ex Cursoribus Sanctitatis suæ publicari, ac eorũ exempla ibidem affixa relinqui, illaq; sic publicata omnes, & singulos, quos concernunt post duos menses à die publicationis in Urbe faciendæ numerandos, perinde afficere, ac arctare, ac si illorum unicuiq; personaliter notificata, & intimata fuissent. IN-

INSTRUCTIO

INprimis Testis moneatur de gravitate juramenti in hoc præsertim negotio pertimescendi, in quo Divina simul & humana Majestas læditur, ob rei de qua tractatur, importantiam & gravitatem, & quod imminet pæna triremium & fustigationis deponenti falsum.

2. Interrogetur de nomine, cognomine, Patria, ætate, exercitio, & habitatione.

3. An sit civis, vel exterus? & quatenus sit exterus, à quanto tempore est in loco, in quo Testis ipse deponit.

4. An ad examen accesserit spontè; vel requisitus, si dixerit accessisse sponte à nemine requisitum, dimittatur, quia præsumitur mendax; si verò dixerit accessisse requisitũ, interrogetur à quo, vel à quibus? ubi, quando, quomodo, coram quibus, & quoties fuerit requisitus, & an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes.

5. Interrogetur, an sibi pro hoc testimonio ferendo, fuerit aliquid datum, promissum, remissum vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio, ipsorum nomine.

6. Interrogetur, an cognoscat ipsos contrahere volentes? & à quanto tempore? in quo loco, quâ occasione, & cujus qualitatis, vel conditionis existant?

Si responderit negativè, Testis dimittatur, si verò affirmativè.

7. In-

7. Interrogetur; an contrahere volentes ſint Cives, vel exteri? ſi reſponderit eſſe exteros, ſuperſedeatur in licentia contrahendi, donec per literas Ordinarij ipſorum contrahere volentium doceatur de eorum ſtatu libero de eo tempore, quo permanſerunt in ſua Civitate, vel Diæceſi. Ad probandum verò eorundem contrahere volentium ſtatū liberum pro reliquo temporis ſpatio, ſcilicet uſquè ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur teſtes idonei, qui legitimè, & concludenter deponant ſtatum liberum contrahere volentium, & reddant ſufficientem rationem cauſæ eorum ſcientiæ, abſq; eo, quòd teneantur deferre atteſtationes Ordinariorum locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt. Si vero reſponderit, contrahere volentes eſſe Cives.

8. Interrogetur ſub qua Parochia hactenùs contrahere volentes habitarunt, vel habitent de præſenti.

9. Item, an ipſe Teſtis ſciat aliquem ex prædictis contrahere volentibus; quandoq; habuiſſe uxorem, vel maritum, aut profeſſum fuiſſe in aliqua Religione approbata, vel ſuſcepiſſe aliquem ex ordinibus ſacris, ſubdiaconatum ſcilicet, Diaconatum, vel Præſbyteratum, vel habere aliud impedimentum, ex quo non poſſit contrahi matrimonium.

Siverò teſtis reſponderit non habuiſſe Uxorem vel maritum, neq; aliud impedimentum ut ſupra.

10. Interrogetur de cauſa ſcientiæ, & an ſit poſſibile, quod aliquis ex illis habuerit uxorem vel

mari-

maritum, aut aliud impedimentum &c. & quod ipse testis nesciat; Si responderit affirmativè supersedeatur, nisi ex alijs Testibus probetur concludenter non habuisse uxorem, vel maritum, nequè ullum aliud impedimentum. &c. Si verò responderit negativè?

11. Interrogetur de causa scientiæ, ex qua deinde Judex colligere poterit, an testi sit danda fides.

Si responderit contrahere volentes habuisse uxorem vel maritum, sed esse mortuos.

12. Interrogetur de loco & tempore quo sunt mortui, & quomodo ipse testis sciat fuisse conjuges, & nunc esse mortuos. Et si respondeat mortuos fuisse in aliquo hospitali, vel vidisse sepeliri in certa Ecclesia, vel occasione militiæ sepultos fuisse à militibus, non detur licentia contrahendi, nisi priùs recepto testimonio Authentico à Rectore Hospitalis, in quo prædicti decesserunt, vel à Rectore Ecclesiæ, in qua humata fuerunt eorum cadavera, vel si fieri potest, à Duce illius cohortis, in qua descriptus erat miles. Si tamen hujusmodi testimonia haberi non possunt, sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quæ de jure communi possunt admitti, dummodo sint legitimæ, & sufficientes.

13. Interrogetur, an post mortem dicti conjugis defuncti, aliquis ex prædictis contrahere volentibus transierit ad secunda vota?

Si responderit negativè.

14. Interrogetur, an esse possit, quod aliquis ex illis transierit ad secunda vota, absq; eo quod ipse testis sciat.

Si responderit affirmativè, supersedeatur in licen-

tia, donec producantur Teſtes, per quos negativa coarctetur concludenter.

Si verò nagativè.

15. Interrogetur de cauſa ſcientiæ, quâ perpensâ, Judex poterit judicare, an ſit concedenda licentia, nec ne?

Si contrahentes ſunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, niſi doceant per fides Ordinariorum ſuorum eſſe liberos, & in alijs ſervatâ formâ Concilij Tridentini in cap. *multi*, ſeſſ: 24.

Fides aliaq; documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, niſi ſint munita ſigillo, & legalitate Epiſcopi Ordinarij, & recognita ſaltem per Teſtes, qui habeant notam manum, & ſigillum, & attentè conſideretur, quòd fides ſeu teſtimonia bene, & concludenter identificent perſonas, de quibus agitur.

Pro Teſtibus in hac materia, recipiantur magis conſangvinei, quam extranei, quia præſumuntur melius informati, & Cives magis, quam exteri, nec admittantur homines vagi, & milites, niſi data cauſa, & maturo conſilio; & notarius exactè deſcribat perſonam Teſtis, quem ſi cognoſcit, utatur clauſulâ, *mibi benè cognitus*; ſin minùs examen non recipiat, niſi unà cum perſona teſtis, aliqua alia compareat cognita Notario, & quæ atteſtetur de nomine, & cognomine ipſius teſtis, nec non de idoneitate ejuſdem ad teſtimonium ferendum: & hujusmodi examinibus debet intereſſe in Urbe ultra Notarium, Officialis ſpecialiter deputandus ab Eminentiſſimo Vicario, & extra Urbem, vel Vicarius Epiſcopi, vel

pi, vel aliqua alia persona insignis, & idonea ab Episcopo specialiter deputanda; aliàs puniatur Notarius arbitrio Sacræ Congregationis, & Ordinarius non permittat fieri publicationes.

Ordinarij præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diæcesibus existentibus, ut pro Matrimonijs, cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorũ Ecclesijs, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Generali Vicario priùs teneantur authenticam reportare, quod pro tali matrimonio fuerunt examinati testes in eorum Tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium. &c. Contravenientes autem severè punientur.

Franciscus Riccardus S. R. & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco (✠) Sigilli.

XXV.

PRIVILEGIUM

DUCIS MASOVIÆ

In favorem Episcopatûs Posnaniensis

De libera locatione & perceptione Decimarum de A.D. 1446. Ex Constit: Provinc: lib. 3. fol. 200.

IN Nomine Domini Amen. Nos Vladislaus Dei gratiâ Dux Masoviæ, Russiæq; Princeps: Necnon Terrarum, Plocensis, Ravensis, Sochaczovien: Gostinen: Viznen: & Belzen: Dominus & Hæres.

Ad præſentium notitiam, & futurorum memoriam, perpetuò deducimus per hæc ſcripta: quomodo peculiaris benevolentiæ affectus & amor attrahit nos præcipuus, ut Eccleſiæ Poſnanienſis, quam progenitores noſtri ex integerrimo humanitatis ſuæ zelo, largis munificentiæ ſuæ libertatibus refecerunt, atq; donis, ac favore & benevolentia, reddamur alacres ac continui, ac ut ipſi Eccleſiæ, & perſonis Spiritualibus ſibi ſubjectis, pacem, operâ & ſtudio noſtris teneremus, & quietem, ſollicitudo curæ noſtræ Ducalis compellit nos aſſidua; unde nonnullas differentias, anfractus & diſſenſiones, inter nos Ducem Vladislaum, Nobileſq; terrigenas, & ſubditos noſtros ſæculares, terrarum noſtrarum Maſoviæ, Diæceſis Poſnanienſis ab una, & Reverendum in Chriſto Patrem D. Andream Epiſcopum atq; Eccleſiam ſuam Poſnanienſẽ prædictam, ab alia partibus, ſuper decimis manipularibus & lini, & alijs cauſis & injurijs hinc inde ſuſcitatis & exortis, per viam amicabilis concordiæ conſopire, præfatoq; D. Andreæ Epiſcopo, & Eccleſiæ atq; Clero ſuis, juſtum favere, ſicut dignum eſt, & quietem in dictis decimis procurare volentes, conſvetudini aliàs per divæ memoriæ prædeceſſores noſtros, & ſubditos terrarum noſtrarum Maſoviæ, Diœceſis Poſnanienſis prædictæ, ac DD. Epiſcopos Poſnanienſes, Clerumq; ipſis ſubjectum, in decimis hujusmodi, & earum decimatione ſeu ſolutione, à longè retroactis temporibus uſq; hactenùs tentæ & obſervatæ innitentes: ad talem cum D. Andrea Epiſcopo & Eccleſia

clesia sua, & Clero sibi subjecto, cum Nobilibus terrigenis, & subditis nostris sæcularibus Diœcesis Posnaniensis, ex certa nostra scientia, & fideli Baronum & Nobilium nostrorum consilio, atq; de unanimi terrarum nostrarum, Nobilium terrigenarum, & subditorum nostrorum prædictorum voluntate & assensu, amicabilem concordiam & unionem devenimus, perpetuò duraturam; prout in articulis supradictis regulatum existit, & expressum.

Inprimis itaq; statuimus, laudamus, & propter bonum pacis futuræ tenore præsentium decernimus: quod exnunc & perpetuò omnes & singuli Cives, oppidani, cmetones, agros colentes nostri Ducatus, necnon omnium & singulorum Nobilium terrigenarum, & terrarum nostrarum quarumcunq; & quarumlibet, cujuscunq; gradûs & conditionis existant, more & consvetudine terrarum nostrarum Masoviæ, hactenùs inter Nos, Episcopos Posnanienses, & Clerum ipsis subjectum, Nobilesq; terrigenas & subditos nostros sæculares, in decimis hujusmodi, & ipsarum solutione seu decimatione tentis & servatis, decimas manipulares, cujuscunq; & cujuslibet grani & seminis, videlicet siliginis, tritici, avenæ, ordei, pisæ, scruti, lenticulæ, ac etiam decimam lini, duntaxat per unum grossum, præfato D. Andreæ Episcopo, & Ecclesiæ suæ Posnaniensi, seu Prælatis & Canonicis, & Presbyteris, Altaristis, ac alijs personis Spiritualibus, quibus ipsæ jure debentur, dare & solvere tenebuntur, & debebunt, absq; ullo impedimento & interpretatione ampli-

ori: & præterea Cmetones, ad ducturam ejusmodi decimarum, erunt, & debebunt esse eidem D. Episcopo, & Ecclesiæ suæ Posnanien: ac alijs personis Spiritualibus perpetuò obligati: & Nos Dux Vladislaus prænominatus, ac Nobiles terrigenæ & subditi nostri, non debebimus præfatum Andream Episcopum, seu factores suos, ac alias personas Spirituales quascunq; & quaslibet, in locatione earundem decimarum quoquo modo impedire, sed licebit ipsis easdem apud Cmetones, quos ad id sibi noverint utiliores, locare quietè & securè, omni nostro seu Officialium terrigenarum & subditorum nostrorum impedimento procul moto. Nobiles verò de agris prædialibus, ac alijs, quos suis duntaxat proprijs colunt aratris, ipsorum Plebanis, quorum curæ jure subsunt Parochiali, decimas manipulares in grano quolibet, ut præmissum est, & semine, prout moris est atq; juris, annis singulis dabunt effectivè; non tamen ad ductum earum tenebuntur Cmetones. Poterunt tamen Plebani easdem decimas liberè, si voluerint, ad horrea sua conducere, ac de ipsis, prout ipsis expedierit, disponere.

Item, Quoties factores præfati D. Andreæ Episcopi, seu successorum suorum Episcoporum Posnanien: aut etiam Prælatos, Canonicos, Presbyteros, Altaristas, & alias personas Spirituales, decimas suas in terris nostris Masoviæ, prædictæ Diœcesis Posnaniensis, decimare contigerit; volumus & decernimus, quòd circa decimationem hujusmodi, ipsis non inferantur dispendia, ne ab eo, quod i-

psorum

psorum est, excludantur, talem observari morem & consvetudinem, quòd postquam frumenta omnia cujuslibet grani, more solito, in campis in toto fuerint messa, & ritè collecta; extunc factores, seu decimarum collectores, præfati D. Andreæ Episcopi, & successorum, & Prælatorum, Canonicorum & Presbyterorum, Altaristarum, aut aliarum personarum Spiritualium, in primo agro Civitatis, Oppidi, & Villæ computatis novem capecijs, decimum capete de quolibet grano & semine, pro decima tollent: & sic facient immediatè de eodem ab alio quolibet, ejusdem Villæ, Civitatis, seu oppidi agro progressivè: deniq; coloni, messores, sive conventi ad metendum laboratores, expeditis, & solutis decimis, de communi collectura, id quod ipsos concernet, pro laboribus eorum recipient, & colligent.

Item. Omnes Sculteti sive Aduocati, Plebeij, & Nobiles, tam in villis nostris Ducalibus, quàm Nobilium nostrorum Diœcesis Posnaniensis prædictæ, & in Jure Theutonico Chelmen: residen: seu locati, prout & cæteri Cmetones agros colentes, præfato D. Andreæ Episcopo, & successoribus suis Episcopis Posnanien: seu illis personis Spiritualibus, ad quas illæ decimæ de jure dignoscuntur pertinere, de agris Advocatiarum, sive Scultetiarum suarum, decimæ sint obnoxij & obligati; exceptis Nobilibus, quibus nos pro eorum servitijs, aliquos agros in villis sive bonis nostris, jure hæreditario nobilitari duxerimus dandos, & qui coram nobis, & non Jure Theutonico prædicto, citati re-

sponde-

ſpondebunt: qui Nobiles, decimam more aliorum Nobilium terrarum noſtrarum Maſoviæ prædicta-rum, dare non ſint adſtricti. Volumus præterea, decernimus & laudamus, quòd liceat præfato D. Andreæ Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, ac alijs perſonis Spiritualibus, decimas ipſorum liberè, ceſſante impedimento, cum ſtraminbus, tam in campis quàm in horreis vendere, & emptor decimæ hujusmodi, quam & quas emerit, ſive ipſam aut ipſas trituraverit, aut non, nihilominùs, ipſam aut ipſas decimas pro ſe cum ſtraminibus recipiet, & quò voluerit, liberè adducet: eo ſaluo, quod ſi fortè præfatus D. Andreas Epiſcopus. Poſnanienſis, aut aliæ perſonæ Spirituales, decimas hujusmodi, pro ſe, & uſibus ipſorum triturantium, extunc medietatem ſtraminis, ex hujusmodi trituratione provenientis, pro ſe tollent; reliquam verò medietatem illi Cmethoni, apud quem decima ſtabit repoſita, relinquere debebunt, & tenebuntur.

Item. Liceat præfato D. Andreæ Epiſcopo, & alijs perſonis Spiritualibus, absq; ullo impedimento, ſive areſto noſtro, ſeu Officialium noſtrorum, aut etiam terrigenarum noſtrorum Nobilium, vel procuratorum ipſorum, decimas liberè vendere, illi ſeu illis, cui vel quibus voluerint, aut utiliùs potuerint: nec debebunt per nos Ducem Vladislaum, ſeu Officiales, aut etiam Nobiles & terrigenas noſtros prædictos, vel eorum procuratores, alia propinquitate, aut alia quacunq; occaſione, in venditione hujusmodi quo quo modo impediri.

Item.

Item. D. Andreas Episcopus prædictus, & successores sui, ac aliæ personæ Spirituales, decimas suas Hyemales, alias *Ożiminy*, incipien: à principio messis usq; ad festum Sancti Bartholomæi; annonas verò, alias *Jarzyny*, à Festo Sancti Bartholomæi, usq; ad festum Nativitatis Mariæ, immediatè sequens, falcastratas etiam decimare tenebuntur, & debebunt. Quodsi factores præfati D. Episcopi seu aliarum personarum Spiritualium, ante festa præscripta, videlicet S. Bartholomæi, & Nativitatis Mariæ, ad decimationem hujusmodi venire noluerint, seu neglexerint avisati; extunc ille Cmetho, apud quem decima stare debet, cum duobus Scabinis Civitatis, Oppidi aut villæ, post lapsum dictorum festorum, mox dictam decimam indemniter in horreum suum conducet, & conduci procurabit.

Item. Testamenta per quamcunq; personam Spiritualem aut sæcularem, cujuscunq; gradus, status, conditionis, & præeminentiæ fuerint condita, exnunc & perpetuò juxta Sacrorum Canonum sanctionem, debent per exequutores debitæ demandari exequutioni, absq; nostro & successorum nostrorum, sive Officialium impedimento & aresto. In cujus rei testimonium, sigillum nostræ Majestatis est appensum, sigilloq; minori cera rubea à tergo impresso. Actum & Datum in Sochaczow, feriâ secundâ infra octavas Ascensionis Domini, Anno ejusdem, Millesimo, Quadringentesimo, Quadragesimo sexto. Præsentibus ibidem Magnifico, Stre-

N nuis

nuis & Nobilibus DD. Dignitarijs noſtris, Andrea de Czechomice, Palatino Maſoviæ; Saſino de Slawno Plocenſi, Gotardo de Ribno Sochaczovienſi, Adamo de Ziczko Goſtinenſi, Zaviſio Raćiąznenſi Caſtellanis: Boruta de Gigiowo Pincerna, Joanne de Kutno Succamerario Goſtinenſi, Stanislao de Strzegoćin Plocenſi, Grzywkone de Mikołaiowo Sochaczovienſi, Nicolao de Trąbki Goſtinenſi, Judicibus: Joanne Jez Vexillifero, Abrahamo de Kretkowice, Dapifero Sochaczovienſi, Goliaſz Marſchalco noſtro, & Stanislao Cancellario noſtro Viſnenſi; qui præſentia habuit à nobis in commiſſis.

XXVI.

FORMULA

Conſtituendi Promotorem Boni Regiminis *juxta diſpoſitionem Synodi præſentis, Cap. XX. unà cum informatione pro eodem.*

CHRISTOPHORUS ANTONIUS In Słupow SZEMBEK, DEI & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Poſnanienſis.

ADmodùm Reverendis, Reverendis, Præpoſitis-Parochis Commendarijs, Vicarijs, cæ teriſq; Præsbyteris, ſalutem in Domino. Juſtitia exigit, ut Leges debitæ executioni demandentur. Proinde inhærendo

hærendo dispositioni Synodi nostræ Diœcesanæ Anno currenti peractæ de duobus Provisoribus seu Promotoribus, uno videlicet boni Regiminis spiritualis, altero verò bonæ œconomiæ in quolibet Decanátu (salvo Jure & Jurisdictione Decanorum Foraneorum) constituendis. Munus præfatum Provisoris boni Regiminis spiritualis in Decanatu N. Admodùm Reverendo NN. committendum esse duximus, prout quidem committimus per præsentes, obligando ipsius conscientiam, ut præter Visitationem Decani consvetam, bis in Anno, absque omni cæremonia, & non servato ordine, nec modo in Visitationibus observari solito, simpliciter in charitate Christiana adeat Ecclesias Decanatus, & videat an SS. Sacramentum decenter asservetur, & ad infirmos cum honore portetur? an lampas continuò coram Sanctissimo ardeat? an Olea Sacra in pulchris vasculis habeantur? an in Sacristia omnia sint munda & bono ordine collocata? an purificatoria & corporalia nitida? Monstratorium calices & alia vascula bene mundata, pulveribus aut rubigine non obducta? Albæ & mantilia dealbata? Utrum Inventarium omnium rerum sit benè descriptum? utrum modus & tempus Divinorum Officiorum & cathechisandi observetur, juxta præscriptum ejusdem Synodi. De vita quoque & moribus Sacerdotum ac honestate Familiæ investiget, & an familia diversi sexûs seorsivè habitet? & an sacerdotes à fœminis sibi in cubiculo famulari permittant? an exemplariter vivant? Decreta Reformationis

N 2 obser-

obſervent; inquirat. Tum etiam, an Proviſores Eccleſiæ quatuor vel tres, vel ad minimum duo ſint? & an penes Parochum una, altera & tertia penes Proviſores claves à carbona ſerventur, Regeſtrum conſcribatur, & rationes quolibet Anno fiant? & an Parochi eoſdem Proviſores in ſuo officio non impediant? an ijdem Proviſores eleemoſynas non ſolum diebus feſtivis ſed etiam ratione ſepulturarum, pro Fabrica Eccleſiæ exactè procurent interroget? Decano defectus deferat, fraterneque moneat, ac tandem in Congregatione Decanali in Judiciis Decanalibus aſſiſtat, & in omnibus Reverendo Decano auxilium præbeat. Etſi Decanus ipſe negligens fuerit in corrigendis defectibus, ad Nos ſive ad Officium noſtrum recurrat, & omnia in Conſtitutionibus Synodalibus expreſſa, omni meliori modo executioni demandari curet, facturus præmiſſa ex amore Dei & proximi. Si quis verò ipſum in ſuo Officio turbaverit, talis uti contemptor Legum ac refragarius, graviter punietur. In quorum fidem præſentes manu noſtra ſubſcripſimus, & Sigillo communiri juſſimus. Datum Varſaviæ die 20. Menſis Maij Anno Domini 1720.

FOR-

XXVII.

FORMULA

Constituendi Promotorem Bonæ Oeconomiæ *juxta eandem dispositionem Synodi præsentis Cap. XX. unà cum informatione pro eodem.*

CHRISTOPHORUS ANTONIUS
In Słupow
S Z E M B E K
Dei & Apostolicæ sedis gratiâ Episcopus Posnaniensis.

ADmodùm Reverendis, Reverendis, Præpositis, Commendarijs, Vicarijs, Cæterisq; Presbyteris, Salutem in Domino. Inhærendo dispositioni Diæcesanæ Synodi Anno præsenti Varsaviæ peractæ de duobus Promotoribus seu Provisoribus; uno videlicet Boni Regiminis spiritualis, altero Bonæ Oeconomiæ in quolibet Decanatu (salvo Jure & Jurisdictione Decanorum) constituendis; providendoq; ut in Decanatu N. præter Decanum illius loci sit, qui in particulari Bonam Oeconomiam promoveat, & attendat, ne Beneficia desolentur & sen-

ſim aut per incuriam Jurium, Proventus illorum deperant; aut per neglectam agriculturam depauperentur, aut per ammiſſionem Boum, Equorum, aut aliarum rerum ad Inventarium ſpectantium minuantur, aut penitùs intereant, ſitq́, modus conſervandæ Fabricæ Eccleſiæ ac reficiendorum vel ædificandorum Ædificiorum Oeconomicorum, Sacerdotesq́ panem mendicare, aut deſolatum Beneficium ſolis avibus pervium relinquere non cogantur, Admodũ Reverendo NN. Officium hoc Promotoris Bonæ Oeconomiæ committendum eſſe duximus, uti quidem committimus, obligantes illum, ut quolibet Menſe Majo & Octobri immediatè ante Congregationes Decanales ſine omni Cæremonia, aut modo in alijs Viſitationibus ſervari ſolito excurrat ad omnes hujus Decanatûs Parochias, & videat, utrum de Inventario Oeconomico aliquid non perierit? utrum agri ſint benè & in tempore exculti, & aliqui non deſolentur? utrum omnes conſeminati? utrum alicui non arendentur? (quod Nos Parochis ſeriò inhibuimus & inhibemus, inhibitumq; eſſe pro ſemper volumus) utrũ Rndi Parochi ſufficientẽ Familiam, tum etiam ſubditos, ſi quos habent conſervent? utrùm ſarta tecta Parochiæ reficiant, & quolibet Anno aliquid de lignis, tegulis, & alijs neceſſarijs rebus pro omni caſu provideant, ita ut tempeſtive habeant ea, quæ neceſſaria ſunt ad conſervanda vel reficienda ſarta tecta? utrùm Jura Eccleſiæ habeant in Inventario Eccleſiæ deſcripta, & illa debitè vindicent cum omni patientia, non litigioſè, ſed modeſtè,

priùs

priùs per amicos, poſtea per Citationes ſua repetendo? An Decimas Manipulares non vendant? (quas Nobilibus, Hæredibus Bonorũ, vel Poſſeſſoribus, aut arendatoribus divendere etiam pro una vice ſub pæna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, vel arendare obviando litibus & occaſionibus interrumpendæ poſſeſſionis inhibemus) An circa exdecimationẽ non ſint nimis moleſti? & an habeant tales homines, qui ſint prompti ad exdecimandum, quoties vocati fuerint? ne ob dilationes exdecimationum adſit locus querelarum. Quodſi quid invenerit corrigendum, ſtatim fraternè monebit, & modũ meliùs gerendæ familiaris curæ inſinuabit. Si verò pauperes Parochos viderit, illos in Congregationibus Confratribus commendabit, vt illis ſuccurrant, vel aliquid donando, vel commodando cum onere reſtitutionis, pro qua reſtitutione etiam ipſe Proviſor cautionem præſtare poterit, & iterũ ſtatim repetere. Si autem negligens aliquis Parochus fuerit, & Beneficium exinde eſſet inpericulo ruinæ, Oeconomum Illi in Congregatione Decanali à Decano vel ab Officio Noſtro dari inſtabit. Si verò non fuerit, unde Oeconomus ſuſtentetur, vel Parochus aut alius Beneficiatus ita negligens reperiretur, ut timenda foret totalis ruina Beneficij, omninò ad Nos ſive Officiũ noſtrũ Conſiſtoriale deferat, ut per Proceſſum privetur (cum propter incapacitatem vel ſupinam negligentiam Beneficiati, Beneficium perire non debeat) & interim tali privato in Hoſpitali vel ſeminario locus provideatur. Quoties etiam aliquem ſacerdotem

mori

mori contigerit, quàm citissimè Decano deferet, ipse etiam Decano assistet. Si verò Decanus longiùs abesset, & periculum direptionis timeretur, etiam ipse sine Illo cum Testibus tamen ad minimum duobus cubicula & scrinia sigillabit ad Adventum Decani, aut ipse omnia conscribet & Decano deferet, ac totum Inventarium tam ad Acta Decani, quam ad Acta Consistorialia inscribi curabit, dispositionemq; cum Decano faciet præuia ab Officio approbatione Testamenti, si illud fuerit. Si verò Testamentum non fuerit, omnia ad Nos vel Officium Nostrum deferet juxta Decretum recentis Synodi Diæcesanæ disponenda. In quibusvis etiam materijs cũ Decano Consilium inibit, & ubiq; illius honorem procurabit. Quodsi verò Decanus ipse, vel respectu sui Beneficij vel respectu corrigendorum defectuum negligens fuerit omnia ad Officium deferet facturus præmissa sine præjudicio Jurisdictionis Decani pro Amore DEI & Conscientia. Si quis verò ipsum in suo Officio turbaverit, talis uti contemptor Legum ac refragarius graviter punietur. In quorum fidem præsentes Manu Nostrâ subscriptas Sigillo nostro communiri jussimus. Datum Varsaviæ die 20. Maij. A. D. 1720.

Errata Corrigenda.

Nota. c. *denotat Caput.* A. *Additamentum.* f. *faciem paginæ in illo capite aut Additamento.* v. *versum.* l. *lege.*

In Synodo.

In actu celebr: Syn. f. 1. *v.* 9. 1720. *vel* XX. *l.* vigesimo. *Ibid. f.* 2. *v.* 12. Czekarzowice. *l.* Czekarzewice. *Ibid. f.* 8. *v.* 9. perfectis. *l.* perlectis.

C. 1. *f.* 2. *v.* 3. reasumimus. *l.* reassumimus.

C. 2. *f.* 10. *v.* 19. atquè. *l.* æqué ac. *Ibid. f.* 11. *v.* 26. perrecto *l.* porrecto. *Ibid. f.* 23. *v.* 19. dare. *l.* clarè. *Ibid. f.* 28. *v.* 26. Secerdotes. *l.* Sacerdotes. *Ibid: f.* 35. *v.* 1. 1656. *l.* 1658.

C. 7. *in titulo, superflua sunt verba;* & deferendo Sanctis: &c.

C. 13. *f.* 2. *v.* 11. eggressi. *l.* egressi.

C. 14. *f.* 2. *v.* 4. Səuinarij. *l.* Seminarij. *Item v.* 5. Diæcesauis. *l.* Diæcesanis.

C. 17. *f.* 2. *v.* 4. aligenationi. *l* alienationi.

C. 22. *f.* 2. *v.* 2. manitpulares. *l.* manipulares. *Item. v.* 9. ænarium. *l.* ærarium. *Item. v.* 23. extractûs.. *l.* extractus.

C. 30. *in titulo. v.* 2. *locoruum.* l. *locorum.*

C. 31. *v.* 5. *post verbum* ignaris, *deest,* in vilipensionem. *Item v.* 8. & Califiensis Palatinatum. *l.* & Calisiensis Palatinatuum. *Ibid. f.* 2. *v.* 3. *à fine.* procesu. *l.* processu.

In Orat.

In Orat. in concl. Syn. f. 7. *v.* 23. pernitiosum. *l.* perniciosum. *Item v. ult.* præcari. *l.* precari.

In Additamentis.

*A.*4. *f.* 1. *v.* 17. obedientias. *l.* inobedientias.

A. 11. *f.* 4. *v. ult.* alis. *l.* alijs.

A. 16. *f.* 7. *v.* 10. octuagesimo. *l.* octogesimo.

A. 21. *f.* 2. *v.* 24. bluznierstwy. *l.* bluznierstw; *Item. v.* 26. aby pod. *l.* y aby pod. *Item. v.* 29. godźiło. *l.* niegodźiło. *Ibid. f.* 3. *v.* 26. uwagi. *l.* wagi. *Ibid. f.* 5. *v.* 2. *à fine.* Brackich y, *l.* y Brackich.

A. 22. *f.* 3. *n.* 4. *v.* 3. Prothonotarium. *l.* Protonotarium. *Ibid. f.* 5. *v.* 5. fol. *l.* fol. 1. *Ibid. f.* 6. *v.* 7. immedieto. *l.* immediato. *Ibid. f.* 8. *v.* 12. videdelicet. *l.* videlicet.

A. 24. *f.* 1. *v.* 16. emantis. *l.* emanatis. *Ibid. f.* 2. *v.* 10. muture. *l.* maturè.

A. 25. *f.* 6. *v.* 17. Cmethoni. *l.* cmetoni. *Ibid.. f.* 7. *v.* 4. incipien: *l.* incipiendo. *Item. v.* 12. Cmetho. *l.* Cmeto.

A. 26. *f.* 2. *v.* 25. cathehisandi. *l.* catechisandi.

karty katalogowe
od D. III. 8

Szembek Antonius

Episcopus Posnaniensis

Synodus Dioecesiana Posnaniensis

Varsaviae in Insigni Ecclesia Colleg. S. Joan Baptistae

12°

1720 anno

125 k. n.

A2-A3 N-N3

opr. papierowa

uwagi: dzierwonyt

...embek Antonius

Episcopus Posnaniensis

Synodus Dioecesiana Posnaniensis

Varsaviae in Insigni Ecclesia Colleg: S. Joan Baptistae

12°

1720 anno

125 k.n.

A2-A3 N-N3

opr. papierowa

uwaga: dziewonyt